

B. N. II, 30.

h. 7, 17.

(X187 7361)

II i  
2102

DISSERTATIO INAUGURALIS

Ad

PACIFICATIO-  
NEM RELIGIOSAM AU-  
GUSTANAM DE ANNO 1555.

*Quam,*

Auspice CHRISTO,

&

*approbante magnifico in Illustri Witeberga*

*ſectorum Ordine,*

SUB PRÆSIDIO

VIRI

*Ampliſſimi, Conſultiſſimi, Clariſſimi,*

DN. CONRADI CARPZOVII,

J. U. D. Elector. Sax. Conſularii, Profefſoris Academiae

Witteberg. meritiſſimi, ut & Curiae Provincialis, Conſistorii

Eccleſiaſtici, & per inferiorem Luſatiam Judicii Aſſeſſoris

digniſſimi, Praeceptoris, Fautoris & Affinis ſui

ætatem honorandi,

Pro licentia ſummos in utroq; jure

honores conſequendi.

*publicè ventilandam proponit*

CORNELIUS Grull/

*Ad diem 28 Julii. in Auditorio Majori.*

WITTEBERGÆ,

Ex Officina Hæredum JOHANNIS GORMANNI.

ANNO M. DC. XXXI.

1.2.C.5.







GENEROSO, MAGNIFICO,  
Nobilissimo, Strenuissimo,

Dn. FRIDERICO à Metzsch/  
Toparchæ in Reichenbach & Frie-  
sen &c.

Sereniss. Elector Sax. Confilia-  
rio gravissimo, & Protosynedrii, quod  
Dresdæ est, Præsidi eminentis-  
simo.

*Domino Et Patrono suo æternum  
atq; devotè observando.*



*hocce Academicum exercitium debite gra-  
titudinis ergò submissè consecrat*




Cornelius Crull  
A. & R.





## PRÆLOQUIUM.



Inter fundamentales Rom.  
Imperii leges, facile post *Auream  
Bullam* Caroli I V. primas tenet  
aurea Carolo V regnante inita  
*Religionis pacificatio*; Quae uni-  
cum illud FERDINANDI I sa-  
cratissimæ memoriæ Imperatoris  
testimonium est instar omnium; Is siquidem eo no-  
mine, quòd Ejus præcipuè curâ festa hæc religionis  
pax (*ut loquitur Dn. Hortlederus*) conciliata fuerit,  
sibi ipsi crebrius ante obitum gratulatus dicitur in  
hunc modum: *Inter summa beneficia, inquit, quæ  
DEUS in gubernatione Imperii mihi concessit, primum  
atq; maximum vero animi judicio hoc duco, quod ad sedan-  
das discordias publicas animum adjeci & pacificationis in  
religione formulam DEUS mihi in mentem dedit. Est  
namq; (ut loquitur Denacisius in jur. Camer. tit. 216.  
n. 1.) multis modis jactata atq; etiamnum periclitanti ob  
dissensum de Religione Reip. Germanicæ quieti constituen-  
dæ, mutueq; Magistratum & subditorum fiducia concili-  
andæ, averruncandisq; malis & calamitatibus publicis, hoc  
velut auctario patriæ pax sancita. At verò habet hæc  
saluberrima constitutio, id quoq; cum aliis legibus*



commune, quod multorum fraudibus ( de quibus Ulpianus *in l. fraus ff. de legib.*) ac cavillationibus (quarum naturam describit *idem Ulp. in l. 177. de V. S.*) identidem obnoxia fuerit, adeò ut vix ex omnibus totius hujus Pacificationis paragraphis ullum invenias, de cujus mente seu intellectu inter omnes sive Theologos sive Politicos conveniat. Et si ergo fortè in causa tam difficili ac dubia satiùs sit dicere: **NON LIQUET**; (quemadmodum olim iudices in negotiis nimium perplexis facere soliti, *Treutler vol. I. disput. 12, §. 17. lit. D. ibiq; remissivè, Obrecht. 3. de jurisdict. c. 23. num. 48.*) Nos tamen monitum Waremundi ab **Erenberg** *1. de fæder. 2. num. 50. § 51. pacem hanc absq; subtili & coacta interpretatione, quæ in omni fædere odiosa & vitanda sit, accipiendam & servandam esse, dicentis, secuti, breves quasdam notas easq; singulas ad singulos paragraphos, saltem Academici exercitii gratiâ, citra cujusq; præjudicium in præsentiarum proponere volumus.*

*Sit ergo*

*Ad §. I. In solcher &c.*

*verb. Etliche mahl friedstande auffgerichtet.*

Quænam fuerit prima omnium Religionis pacificatio non satis explicitè docent *Frider. Mindan. de process. in Camer. extrah. cap. 28. n. 1. Otto Melander ad proces. Noc. Meur. part. 2. tit. de Constit. sup. pac. relig. ad § 1. lit. a pag. 447. Schonborn. lib. 4. pol. c. 6.* Hi namq; primam de Religione pacem vix ab anno 1541. deducunt. Rectius verò sentit *Ampliss. Hortlederus lib. 1. Von den Ursachen des Teutschen Krieges c. 10. in notis ad rubric.* Cujus verba non cuivis obvia huc transcribere placet; **Sciendum est, inquit, primam omnium fuisse hanc**



hanc Noribergicam, (pacem) quæ Schvvinfurti est tractari  
cœpta, mense Aprilii, Anno 1532. Sleidan comm. lib. 8. Decreta  
Noribergæ, 23 Julii, eodem anno, Approbata & constituta à  
Cæsare, Augusti die 2, prædicto anno 1532. Mandata atq; pro-  
mulgata in Comitiiis Ratisbonæ, Augusti die 3, anno 1532. Re-  
petita ac confirmata Cadami, primùm à Romanorum Rege,  
die Lune post Johannis Baptiste, anno 1534. Deinde Francofur-  
ti ab Oratoribus, Commissariis & Intercessoribus Cæsareis,  
Aprilis die 19, anno 1539. Sancita communi omnium Imperii  
Ordinum consensu in Comitiiis Ratisbonensibus anni 1541.  
R. A. zu Regenspurg an. 41 § Vnd damit / Prorogata Spi-  
ræ, an. 1542. R. A. zu Spener an. 42 § Vnd damit / Ite-  
rumq; mandata ac firmata ibidem nova Cæsaris Regisq; fide,  
anno 1544, R. A. zu Spener an. 44. § Als wir aber / Præce-  
pta Wormatiæ, anno 1545. R. A. zu Wormbs an. 45. § Da-  
mit nun im H. Reich / Adeoq; conservata ac propagata ad  
usq; Caroli V Cæsaris bellum Germanicum. Hucusq; Hortle-  
derus; Cui ea propter illa appellatur der Nürenbergischer Al-  
lererster Religionsfriede. adde Apologiam pupillæ Evange-  
licæ c. 10. in princ.

Hanc Germanicè integram exhibet Hortled. d. c. 10. &  
eodem tom. 1. lib. 7. c. 19. num. 5. usq; ad 12. Latinè Goldast. tom.  
2. Constit. Imp. ad an. 1532. pag. 172. & seqq. Summatim de  
eadem differunt Sleidan. comm. lib. 8. aliq; ab Hortledero d. c.  
10. in pr. relati.

Quia verò hæc & aliæ, quòd temporariæ atq; arctiores  
essent, ad pacis conservationem non sufficiebant, hoc § n. i-  
deò tandem hæc nostra, quæ plena, perfecta ac perpetua sit,  
in Comitiiis Augustanis anno 1555. sancita ac firmata fuit.  
Friderus, Melander, Schonborn. dd. ll.

### Ad § 2. Setzen demnach.

verb. gefährlich mit brandt &c. & verb.

wissentlich vnd gefährlich beherbergen.

A 3

Hunc



Hunc § in causis nonnullis gravissimis pressum fuisse dicit Georg. Becht. de securitate thes. 54. Eum autem nimirum quantum corrumpunt Dillingenses, dum in latina versione, appendici tract. de Composit. pac. inserta, verbum hoc gefährlich utroque reddunt sic: *periculose devastare*, item, *periculose in hospitium recipere*; Unde sensus planè ineptus exurgit, cui & mens constitutionis & communis loquendi usus repugnat. I. Constitutio de pacirupis, adeoque non nisi de dolosis vastatoribus seu invasoribus in *verbis predictis* loquitur. Nec enim pacifragium seu pacifragus esse potest sine dolo. Hinc inter tria illa ad fundandam accusationem superfracta pace requisita maximè necessarium est, *dolus malus, dolus verus, propositum & destinata voluntas offendendi*; h. e. vim publicam esse factam dolo malo, præcedente consilio, Gail. 1. de pac. publ. 7. num. 6. Adeo ut quis ad obtinendam citationem in Camera hæc tria in supplici libello commemorare & cœpto iudicio probare debeat, alterutrum autem horum non sufficiat, VVehner pract. Obs. in verb. Frevell/ Gail. d. l. n. 11 & 18. qui ibidem num. 6. dicit: in hoc ponderanda esse verba Constitutionis, *fürsetzlich/ gefährlich/ freventlich/* h. e. ex proposito, dolose, malitiose. Quo sensu verbum, (*gefährlich*) non modò in constitutione *de pace publica, anni 1548.* sed omnibus anterioribus, ut in R. A. zu Spener/ an. 544. § Als wir / R. A. ibidem anno 1541. § Und damit / R. A. zu Wormbs an. 1521. in princ., & Königlichem Landfried zu Wormbs an. 1495. tit. friedhoff/ adde Transact. Norimbergicam de anno 1532. § Das hiezwischen/ apud Hortlederum lib. 1. de caus. bel. Germ. c. 10. semper & ubique exaudiendum est; Ex quibus hic noster locus integer ferè desumptus est; Quare tam hic quam illic verba *gefährlich beschädigen/* nihil aliud significant quam *dolose devastare*. Neque omnis periculosa devastatio, statim est dolosa; quamvis fortè omnis dolosa sit etiam periculosa.

Deinde posteriora quoque paragraphi nostri verba, non nisi de dolosis receptatoribus accipienda sunt; Non minus  
 si qui-



siquidem in receptatore dolus requiritur, ad hoc, ut poenam hujus constitutionis & fractæ pacis incurrisse dici queat, *Gail. 2. de pac. publ. 10. num. 6.* Quare in hoc § & supra enumeratis constitutionibus omnibus, gefährlich beherbergen/nihil aliud est quam *dolose receptare*. Atq; sic neq; omnis periculosa receptatio semper est dolosa. I I. Usus loquendi communis hanc etiam Dillingensium versionem respuit, nostramq; confirmat. Quod evidenter ostendit, *M. VVehner. pract. Obs. verb. frewlich / ubi sic inquit: Frewentlich vnd gefährlich / h. e. dolosè, nam hæc verba dolum exprimunt &c.* Idem ait *Besold. thes. pract. verb. frewentlich vnd gefährlich*. Sic e contrario verbum *Unggefährlich* notat dolum abesse. Quod in securitate concedenda plerunq; usurpatur & significat dolum malum, fraudem & captionem excludi, atq; securam esse securitatem non captiosam, *post Zafium VVehner d. l. verb. frewlich ohne gefehrde*. Et verba illa: daß die erklerung des Testaments *Unggefährlich* bey den Testamentarien vnd Executoribus stehen soll. ostendunt, non simpliciter standum esse declarationi eorum, sed eatenus saltem quatenus sequuntur id, quod viro bono h. e. judici sequendum videbitur. *post Gylandum, M. VVehner d. l.*

Notissimæ insuper sunt clausulæ: istæ ohne gefehrde / frewlich vnd ohne gefehrde quæ verba adeò usitata esse dicit *VVehnerus*, ut vix ullum conficiatur instrumentum cui non sint inserta; quibus tamen nihil aliud significatur, quam dolum malum abesse, abfuturum esse, *late & remissive VVehner. pr. Obs. verb. frewlich vnd ohne gefehrde / Besold. thes. pract. verb. frewlich vnd ohne gefehrde / Ruding. cent. 2. obs. sing. 73.* Ea q; horum verborum significatio per universos Imperii recessus tristissima est, atque etiam in præsentī hac constitutione nostra multoties occurrit, § ferner / § solches alles in fin. ibi. sonder alles gefehrde & § seq. Ut non immeritò quis miretur ineptam istam Dillingensium translationem: *periculose in hospitium recipere, pro dolose receptare.*

Ad



Ad §. Vnd damit. 3.  
verb. Keinen Standt des Reichs. &c.

Circa generalitatem horum verborum cum primis notandum venit, quomodo & quam variè de hoc pacificationis capite in Comitibus Augustanis anno 1555. deliberatum sit. Id quod ex scripto quodam Serenissimi Electoris Palatini Ludovici ad Capitulum Colonienſe miſſo eleganter refert *Paurmeisterus lib. 2. de jurid. c. 2. num. 66.* Ordines, inquit, Pontificiæ religionis vehementer laborarunt, ut hæc verba generalia, Keinen Standt des Reichs/ per additum verbum, Weltlich/ ad Politicos tantum restringerentur; tamen contradicentibus Augustanæ confessionis Ordinibus, & ostendentibus, priores Anno 1541. & 1544. in Comitibus Ratisbon. & Spirenſ. factas pacificationes, communi Cæsaris & Ordinum consensu absq; discrimine Ordines omnes comprehendere, ab iniquo hoc postulato desistere coacti sunt. Quod Serenissim. Elector Palatinus Ludovicus in scripto ad Capitulum Colonienſe anno 1883, 10 die Aprilis deduxit, cujus hæc sunt verba: vnd daß dieses der rechte verstandt sey des angeregten Religions vnd Landfriedens/ geben die jetzt angeregte Generalitet, auch die bey auffrichtung des Religionsfriedens anno 1555. vorgangene acta vnd handlungen/ klerlich zuerkennen/ denn in denselben zubefinden/ daß die/ Päbstischen Stände diesen Paß allein auff die Weltlichen Stände haben dirigiren vnd richten wollen/ daß nemlich denselben allein frey/ vnd bevorstehen solte/ zu der Augspurgischen Confession sich zubegeben/ vnd in ihren Fürstenthumen vnd Landen anzurichten/ vnd daß die Weltlichen Stände solcher Religion halben nicht solten beschweret werden/ derwegen begehret/ daß bey dem Paß/ der gesetzet: daß kein Standt von wegen der Augspurgischen Confession sol beschweret werden/ das Wörtlein Weltlich hinzugesetzet würde/ welches aber die Stände der Augspurgischen Confession aus erheblichen gegründeten vrsachen/ bestreiten vnd angezeigt haben/ daß die vorige der Religion halben zu Regenspurg Anno 1541. vnd zu Speyer Anno 1544. gemachte Friedestände/ in-

gemein



gemein auff alle Stände / ohne vnterscheidt gestanden / vnd daß  
man es billich auch in diesem Religionsfrieden darbey solle blei-  
ben lassen / auch so viel erhalten / daß die Päbstischen Stände von  
ihrer Meinung abgewiesen / vnd das Wörtlein / Weltlich / fal-  
len lassen / deswegen auff die Acta gezogen. Atque hæc & alia  
multa scenæ non inservientia eleganter tacuit Autonomiæ  
Autor vel Compiler, ut loquitur Paurmeisterus d. l. qui exin-  
de num 70. & seqq colligit; eam verborum generalitatem  
communi Statuum consensu probatam, à Ferdinando Rege  
postea per articulum de reſervato Ecclesiastico, invitis A. C.  
Ordinibus minimè restringi potuisse.

Quomodo autem huic §. n. & universæ pacificationi à par-  
te Catholicorū satisfactum sit, oppidò gloriatur *Autor. discurs.  
de turbato Imper. Rom. statu, ejusq; orig. & caus. p. 21.* Observarunt  
*inquit*, Catholici hanc de pace sanctionem ad amussim, nec  
vel minimæ contraventionis hucusq; accusati aut rei facti  
sunt: ex altera parte quam fideliter, videbitur: legem enim  
è vestigio subsecuta est prævaricatio, &c. Scilicet ita suavi-  
ter philosophatur *dictus Autor*. Cui hoc quicquid gloriolæ  
est minimè invidemus, modò audiatur & altera pars.

Nos interim hoc unicum saltem inquiramus, quam sen-  
tentiam ex hoc nostro §. verb. oder in einiger ander gestalt be-  
schweren oder verachten / laturi sint, qui atrocissimis calu-  
mniis ac pasquillis in Evangelicos Principes ac Status quo-  
tidie & quidem impune debacchantur. Quorum è tribu u-  
num producam *Christophorum ab Ungerstorff*. Is pro suo ge-  
nio, (ut loquitur *Clariss. Dn. Limnaus lib. 1. de jur. publ. c. 13. n. 31.*)  
ridet saluberrimam hanc constitutionem, dum in seiner ver-  
antwortung pag. 70. & in seiner Erinnerung von der Calvinis-  
ten feindseligkeit / gegen dem H. Röm. Reich pag. 5. magno scri-  
bit conatu. Wann die Lutheraner animo injurandi gescholten  
werden / ist es nur in Deutschland ein famoschreiben / da Sie den  
Catholischen dieses abgedrungen / daß man sie / wieder Göttlich  
vnd Kayserlich Recht / mus ungescholten lassen / &c. Aber die  
Ausländische Nationes, lassens bey den Kayserlichen Rechten  
B verblei-



verbleiben/Welche alle die / so anders glauben als der Pabst zu Rom/ S. Petri Nachfahrer/für Ketzer vnd Infames / oder vnehrlich zuhalten gebieten/ sie lachen auch vnser nur / daß wir vermeinen/ so bald wir Teutschen vns mit einander vergleichen / etwas daß von seiner Art vnd Natur vnehrlich ist / nicht mehr dafür zuhalten &c. so sey es schon richtig / vnd nicht gedencken was der weise Henke sagt:

Τὸν αἰσχρὸν καὶ δοκῆ, καὶ μὴ δοκῆ

*Est turpe turpe, seu putes, seu non putes,*

En religiosam hominis Catholici de tam saluberrimo totq; vigiliis excogitato, totius sacri Imperii Rom. decreto censuram. Sed plura hujus generis suppeditat *Apologia pupille Evangelice.*

### *Ad S. Dagegen &c. 4.*

Quemadmodum Cæsar & Catholici Status, Augustanæ confessionis Ordinibus in præcedenti §. religionis libertatem salvam fore spondent; Ita vicissim Hi Illis ( quos veteri religioni adherentes, der alten Religion anhengig/ constitutio hic & passim appellat, Ferdinandus Rex Altgleubige vocat apud Autorem *Autonom. lib. 1. cap. 4. pag. 11.* ) de non turbanda Ipsorum religione, aut ejus intuitu de non offendendo cavent. Quid ergo, *An Status Catholici Politici sponte relicta fide Pontificia, Augustanæ confessionē amplecti atque in ditionib9 suis reformare poterunt? Negant & pernegant Dillingenses de compos. pac. c. 6. q. 40. n. 83. & seqq. & c. 10. q. 66. n. 52.* Primò, solido, uti loquuntur, d. n. 52. hoc fundamento: Quòd Catholici nullam libertatem petiverint; Unde porrò d. c. 6. n. 85. tale nectunt argumentum: Si per fœdus pacificatorium Statibus, qui tum Catholici erant, eorumq; posteris libertas Religionis acquisita fuit; vel id accidit stipulantibus Catholicis vel stipulantibus Confessionistis. Neutrum dici potest: Non I, quia Catholici Status id non petebant, neque id ipsis gratum seu acceptum erat &c. Non II. quia talis stipulatio inutilis esset, uti habetur in *Inst.*



*Inst. de Inut. stipul.* Si quis alii, quam ei, cuius juri subiectus est stipulatur, nihil agit. Et *Ulpian. in l. stipulatio ista 38. §. alteri ff. de Verb. Oblig.* Alteri stipulari nemo potest, præterquam si servus Domino, filius Patri stipuletur; Inventæ sunt enim hujusmodi obligationes ad hoc ut unusquisque sibi acquirat, quod sua interest, cæterum, ut alii detur, nihil interest meâ.

Secundò sic argumentantur d. c. 6. q. 40. n. 84. Quicquid in Pacific. constitut. circa Catholicæ Religionis mutationem disertè concessum non est, id prohibitum censi debet, uti ostensum fuit supra q. 31, Atqui ostendi non potest, in Pacific. Constit. concessum esse Statibus Catholicis laicis, ut ad Augustanam Confessionem deficere possint. Ergo, &c.

Tertia Ipsorum ratio est: d. q. 40. n. 87. Tametsi promissio Augustanæ confessionis Ordinibus facta, propter necessitatis rationem defendi posse videatur, tamen pactio altera, per quam Catholicis Statibus libertas religionis concessa sit, fœdus manifestè impium esset & omni jure vetitum, quippe bonis moribus, legibus divinis ac humanis prorsus contrarium.

Quartò in d. c. 40. n. 83 *in fin.* ex Autonomiæ Autore lib. 1. c. 3. pro sua opinione subsidium petunt: das ist allein (*inquit Autonomus*) bey dieser der Stände freystellung zumercken das gleichwol solche expressè in Abschiedt zubringen sich die Confessions Verwandten hefftig bemühet/ vnd deswegen einen sondern Articul gestelt vnd Anno 1555. vbergeben haben / also lautend: Vnd sol einem jeden Geistlichen/ vnd Wellichen Churfürsten/ Fürsten/ Ständen vnd Obrigkeiten/ biß auff Christliche vnd friedliche vergleichung der Religion friedliche vergleichung der Religion frey stehen / sich sampt seinen Unterthanen/ in die Alte Religion/ oder Augspurgische Confession zukünftiger zubegeben. Aber die Königl. Manifestet / sampt allen Catholischen Ständen haben solchen Articul gar keines weges willigen noch approbiren oder setzen wollen/ daß jederman frey sey / zur Augspurgischen Confession zutretten / sondern seyen bey dem Passauischen vertrag blieben / daß die jentgen so dartzu getreten/



wider ihren willen/ nicht sollen davon gedrungen werden/ haben  
es auch beyderseits geblieben/ vnd der Abschied / oder Religion-  
frieden so noch verhanden/darauff gestellet worden.

Hæc Dillingensium argumenta sunt, quibus infra respon-  
debimus; Jam pro contraria sententia has producimus ratio-  
nes. I. Optimè facit generalitas paragraphi præcedentis. Vnd  
danit &c. in verb. keinen Standt des Reichs von wegen der  
Augsburgischen Confession &c. Jam verò omnis dispositio  
generaliter loquens, generaliter est intelligenda, *per vulg.* Et  
per verba generalia censentur disponentes de omnibus cogi-  
tasse. *Bald. in l. tres fratres de pact. Bart. in l. sub pretextu C. de  
transact. Paul. de Castro conf. 30. in fin. vol. 1. Socinus conf. 103. co-  
lum. 4. vers. sed tamen 1. vol. 3.* Idque potissimum locum habet,  
quando verba sunt universalia, quorum ea natura est, ut si-  
gnificatum dispositionis amplient. *Alexand. in l. si patroni, num.  
15. ad Trebellian. Paurmeist. 2. de jurid. 2. n. 69.* Et tantæ sunt  
virtutis & efficacix, ut extendantur ad omnes casus excogita-  
biles, ut loquitur *Fulv. Pacian. conf. 47. n. 23. & 28.* Idque in di-  
ctionib9 universalib9 negativis vel ideò magis procedit, quo-  
niam hæ ad negandum majorem vim habere censentur quàm  
affirmativæ ad asseverandum. *Gl. in c. cum dilectus X de consue-  
tud. H. Pist. 2. quest. 19. n. 64. Coler. de process. execut. part. 4. c. 1.  
n. 20. ubi post Bart. Bald. Dec. & alios tradit:* Stantibus duplici-  
bus privilegiis sive statutis, uno affirmativo, altero negativo,  
præponderare negativum & prohibitivum; Sicut enim is qui  
dicit *Omne*, nihil excludit, ita multò magis qui dicit *Nullum*,  
omnia excludit, *Coler. d. c. 1. n. 19. H. Pist. Obs. 154. n. 30. 31.* U-  
niversalis enim negativa, *Nullus* feiner omnia excludere intel-  
ligitur, etiam minima. *glos. in c. statutum, in verb. nullum, X de  
re script. in 6. & post multos H. Pist. d. quest. 19. n. 65.*

II. Prædicta eò magis locum habent, quando jam priori-  
bus legibus quid generaliter constitutum esse apparet, *Paur-  
meist. 2. de jurid. 2. n. 69.* certum enim est, posteriores leges  
ad priores trahi, *l. 26. & 28. de legib.* Atqui in prioribus re-  
ligionis pacificationibus, Noribergæ anno 32. Francofurti

anno



anno 39. & Haganoæ anno 1540. &c. Principes Evangelici, non iis modo qui jam tempore pacificationis Augustanæ Confessioni addicti essent, sed qui etiam postea accessuri sint, satis caveri petierunt, neq; aliter transactioni consentire voluerunt, quorum æquissimo postulato tandem vel ipse Cæsar clementer annuit, vide *eleganter apud Hortled. tom. 1. de caus. bel. Germ. c. 35. n. 19, 20, 21, 23, 24, 25. ubi inter alia dicitur: Noribergicam pacificationem non personis sed religioni protestantium constitutam fuisse. der Nürnberger Friede inquit ille ap. Hortled. d. l. n. 19. ist nicht vnser Person sondern vnser Religion gegeben / von derentwegen vnd nicht von vnser Person alle handlung bißher sich gehalten / & postea num. 24. sub fin. § was haben / ibi Nürnberger fried sey gegeben der Religion / vnd wir hetten allein der Religion halben frieden begehret / erlanget vnd angenommen / dann / Gott lob / Zeitlicher vrsach halb / oder auch für vnser Personen / sey vns am gemeinen Landfrieden nichts abgangen &c. Adde Sleidan comm. lib. 12. pag. m. 316. & lib. 12. pag. 340. & seq. & Hortleder. d. lib. 1. c. 32. n. 8. & 16. Extat etiam hac de re Philippi Melanchthonis ad Lutherum anno 1539. Alveldiæ scripta epistola, inter selectiores Ejus Epistolas à Peucero relata, fol. 268; Lectu (ut ait Dn. Hortleder, d. c. 32. in pr.) non modo dignissima sed etiam omnibus juris publici Imperialis & historiarum studiosis cognitu planè necessaria; Ubi inter alia monet Philippus; contentionem hanc, in eo conventu Francofurtensi an. 539. fuisse præcipuam. Qui ergò non multò magis hac præsentì pacificatione, quæ prioribus plenior & perfectior esse dicitur in d. §. i. in solcher fürgezogener &c. Schonborn, 4. vol. 6. Melander ad process. Noe. Meur. part. 2. tit. de Constit. sup. pac. relig. ad § 1. lit. a. Augustanæ confessioni ejusq; professoribus consultum fuisset.*

III. Ipse articulus Reservati Ecclesiastici der Geissliche Vorbehalt ( si quis est) evidenter autonomiam Statuum Politicorum arguit; Si enim Ecclesiasticorum tantum id reservatum fuerit, necessariò sequitur aliam Politicorum conditionem.



esse; hæc enim exceptionis & reservati natura est *per vulg.*  
nomenq; ipsum tam latinum quam Germanicum, *reservatum*  
Vor- vnd Ausbehalt/manifestè indicat. Atq; omnino puto,  
ex ipsa etiam litera *dicti § de reservato Eccles. in verb.* abireten  
würde/ expressè probari; Catholicos post pacificationem  
à Pontificia ad August. religionem accedere posse; Eccle-  
siasticos quidem sub conditione dictæ pœnæ, Politicos au-  
tem; quibus nulla pœna posita est, omnino impunè.

IV. Ipsa etiam *Autoris Antonomie confessio part. 1. c. 4. pag. 8.*  
nobis suffragatur; ibi enim de varia disceptatione super con-  
ceptione dicti articuli des Geistlichen Vorbehalts agens, sub-  
jicit: Ob sich nun wol solches Articuls (wie der 130 erzehlet)  
vnd der Confessionsverwanten theils zuverabscheiden hefftig  
urgirt werden/ die Catholischen Stände/ sonderlich aber der  
Geistlichen Chur vnd Fürsten Rächte höchlich beschweret/vnd  
denselben von wegen seiner generalitet &c. nicht annehmen wol-  
len/so ist doch in wehrender handlung von der Geistlichen Chur-  
vnd Fürsten Rächten/ so viel erbietens geschehen/ wenn in dem-  
selben nur das einig wörtlein/*Weltlich*/im eingang darzu gese-  
tzt/ daß es nemlich also stünde:

Da aber einer oder mehr Weltliche Churfürsten  
vnd Stände zwischen hie &c.

Vnd also dieser Articull die Geistlichen (als damit ohne das die  
Weltlichen nichts zuthun) nicht angienge noch mit begrieffe/  
daß es ihnen nicht zu wieder/ solchen puncten dem Abscheid ein-  
zuverleiben &c. Quibus fatetur Burghardus Status Catho-  
licos, ac cum primis Ecclesiasticos (quorum tamen præjudi-  
cium ratione suspensæ jurisdictionis Ecclesiasticæ potissi-  
mum in eo verti urgent *Dillingenses d. l. c. 6. q. 40. n. 82. & 87.*)  
autonomiæ Politicis concedendæ planè consensisse.

V. Idem etiam acta & actitata Comitiorum anni 1555. lu-  
culenter evincunt, ex quibus apparet, Pontificios hoc egisse,  
ut constitutionem ad Politicos tantum Ordines restringerent,  
ut hisce nimirum solis permitteretur Augustanæ Confessio-  
nis exercitium in regionibus ac provinciis suis instituendi &  
abro-



abrogandi & quod nihil ea de causa ipsis periculi & incom-  
modi inferri debeat; Ideoq; verbis illis: *Ordini vel Statui*  
*nulli Augustane Confessionis causa præjudicium generari debere:*  
vocem, *Weltlich*/ addi postularunt. *vide scriptum Ludovici Ele-*  
*ctoris Palatini, supra ad § 3. in princ. relatum.*

VI. Quid clarius ipsâ Ferdinandi Regis resolutione (quam  
ipfi perpetuò urgent) unquam dici posset? Verba sunt Der-  
gleichen lasse es Ihre Kays. Maj. bey dem andern Articul an-  
fahend: **Vnd damit solcher Fried &c. auch gnädiglich bleiben/**  
doch mit dieser bescheidenheit/ das zu gebührender erleuterung  
der disposition, also lautend: **So sollen die Kayf. vnd**  
**König Maj. auch Churf. S. vnd Stände des H. Reichs**  
**keinen Stand von wegen der Augspurgischen Confession**  
**vnd derselben Lehr &c.** Nach den Worten/ **Keinen Stand/**  
hinzu gesetzt werden/ **des Reichs/** damit diese disposition (wie  
sie auch von gemeinen Ständen ohne zweiffel nicht and erst ge-  
meinet) auff die Stände so dem H. Reich ohne mittel vnter-  
worffen/ allein verstanden werde/ vnd daraus nicht verursacht  
werde/ daß jrgend eines Reichs Stands vnterworffener Vn-  
terthan vmb des willen daß er für desselben Landstand erkennet  
wird/ ihme vrsach schöpfen vnter dem schein der Augspurgischē  
Confession seinem Herren sich zu widersetzen/ vnd denn erst  
disputirt müsse werden/ ob diese Wort allein von den Reichs-  
ständen zu verstehen sein/ oder auch auff andere Stände/ so den  
Reichs Ständen angehörig vnd vnterworffen sein/ gezogen mö-  
gen werden &c. *vide apud Aut. Antonomix, part. 1. c. 6. in*  
*princ. rubr. der König. Maj. replica &c. § Erstlich pag. 82,*  
*83. & in appendice tractat. de compos. pac. sub lit. H. § Dergleichē.*

Nonne hic disertè fatetur Ferdinandus Rex, suam ipsius o-  
mniumq; Statuum sine dubio sententiam, fuisse, ut omnes  
Imperii Status liberam religionis jus ex hac pacificatione ha-  
berent.

VII. Quid evidentius ipsius Caroli V. declaratione super  
Recessu Imperii de anno 1541, apud Goldast. in Reichssetzung  
ad an. 1541. pag. 239. ubi in § 4. sic: **Zum Bierdten/ da der**  
**Abschied**



Abschied meldet/ daß der Augspurgischen Confession Verwand-  
ten niemand zu sich dringen vnd bewegen sollen/ sol das wort (be-  
wegen) den verstand haben / daß sie hinfüro keinem Standt der  
andern Religion seine Vnterthanen ab practiciren sollen/ Vnd  
sol hiedurch / ob sich jemand sonst zu Ihrer Religion begeben  
wolt/ denselben das vnbenommen seyn.

VIII. Tandem, Autor *decision Cameral. in verb. Civitas Im-  
perialis* § 2. De Principibus hoc nunquam dubium fuisse  
affirmat. Atq; ita positæ sententiæ nostræ fundamentis jam  
ad contraria respondebimus.

Ad primum igitur, quod bipartitum est, duplex respon-  
sio est? I. Catholicos petiisse censer, dum Protestantibus  
universalem autonomiam postulantibus, nec magnopere ab-  
nuerint, & tandem etiam expressè quoad Politicorum liber-  
tatem consenserint; *uti in supra positæ decidendi rationibus de-  
ductum fuit.* Et sicut alias multa inhonestè petuntur, quæ  
honestè accipiuntur *l. 1. §. proinde ff. de extraord. cognit.* Ita  
Catholici (quorum plurimi jam tum fœdissimos Ecclesiæ  
abusus & sordes detestabantur, eorumq; emendationem an-  
xiè optabant) quam libertatem directò petere, metu reli-  
quorum, fas non erat, Evangelicis tamen eam atq; universa-  
lem autonomiam stipulantibus, non repudiarunt. II. Fal-  
sum & contra juris principia est: *Alterius stipulationem  
alteri semper inuilem esse.* Quoties enim ejus, qui alteri stipu-  
latur, simul interest, stipulatio valet. Idq; ipsis à Dillin-  
gensibus allatis textibus manifestè probatur. Nam in d. l.  
38. § 20. *de Verb. Oblig.* ita respondet Jctus: *Si stipulor alii  
cum meâ interesset, videamus, an stipulatio committatur.* Et ait  
Marcellus, *stipulationem valere in specie hujusmodi.* Idem expres-  
sis verbis habetur in §. 18 & 19. *I. de inut. stip.* Nimis ergò  
judaicè (quod dicitur) cum hisce juristextibus agunt Dil-  
lingenses, quos memores esse oportebat, ejus quod Celsus  
Jctus in l. 24. *de legib.* monuit: *Incivile esse, nisi tota lege in-  
specta, una aliqua particula ejus proposita, judicare vel respondere.*  
Ut taceam, quòd præter alios tradit Guido Papa Jctus Pontifi-  
cius



*eius in decision. Gratio nop. quest. 317.* Hodie ex consuetudine non modo Notarium aliamve personam publicam, sed etiam ex æquitate Canonica non publicam personam alteri posse stipulari. Quàm maximè verò suâ atq; Ipsorum existimationi ac conscientiæ, quin etiam universæ DEI Ecclesiæ intersit, ut religionis libertas universalis sit; Status Evangelici maximè in Comitibus an. 1555, 56, 57, 59, non unis Ferdinando Regi ac post Imperatori scriptis exhibitis (quæ omnia integrè *Francisc. Burghard in sua auton. part. 1. c. 4.* exhibet) prolixè testati sunt.

Ad alteram Dillingensium objectionem responderi posset cum *Gylmanno tom. 1. symphorem part. 1. tit. 3. vol. 3. num. 11 & 13. & vol. 12. pag. 273.* Pacificationem Religiosam latissimè potius interpretandam esse, quod scilicet ad pacem publicam conservandam pertineat. Quando enim de publicæ utilitatis favore & pace conservanda agitur, statuta & omnes stricti juris dispositiones latissimè interpretari debere; Quod utilitas publica juvanda sit interpretatione; Tantusq; sit publicæ utilitatis favor, ut lex quantumcunq; pœnalis & odiosa, si ad favorem Reip. tendat, ita extendatur ac si esset merè favorabilis, etiam extra propriam significationem. Atq; adeò non solum odia favore Reip. extendi, sed etiam ab his, quæ favoris sunt publici, recedi, si major urgeat Reip. favor. *uti latius post Bart. Roman. Zasium aliosq; deducit Gylman, d. l.* Sed jam satis sit dicere cum Ulpiano *in l. 6. §. 1. de V. S.* Verbum, *Ex legibus*, sic accipiendum est: *tam ex legum sententia, quàm ex verbis.* Expressum enim & hoc dicitur, quod ex mente & conjecturis necessariâ consequentiâ colligitur, post *Tiraquell. Jac. Schultz ad M. Pistor. quest. 149. n. 14.* maximè cum ex eo colligitur, quod expressum esse reperitur, *Tiraq. & Schultz d. l.* Jam verò quàm ex verbis satis apertis & maximè ex sententia & necessaria consequentiâ Pacificationis nostræ, Statuum Catholicorum Politicorum autonomia manifestè constet, supra in decidendi rationibus probatum dedimus.

**Tertia**



Tertia Dillingensium ratio nimium misera est, ut nullam responsionem mereatur; Quod enim ipsi pro indubitato & confesso præsupponunt, nos & maxime nostrates Theologi constanter & quotidie nec sine ratione & sacrae Scripturae autoritate negamus; Ideoq; quam nobis & confessioni nostræ hæresin falso imputant, in caput Ipsorum re-torquebimus hoc argumento; Quodcumq; Principum Imperii fœdus libertatem ab idololatria & verbo DEI prohibita superstitione, ad veram DEI religionem deficiendi indulget, id ipsum pium omni jure ratum, & bonis moribus, legibus divinis ac humanis prorsus consentaneum est. Atqui fœdus de quo Dillingensibus sermo fuit, ab idololatria Pontificia ad veram DEOq; gratam religionem Principes & subditos Pontificios deducit & reducit. Ergo &c.

IV. Autoris Autonomiæ testimonium à Dillingensibus d. e. 40. n. 83. in fin. adductum nimia falsi suspitione laborat. Nam I. vacillans & sibi contrarium est, ut supra ex 4 decidendi ratione patet. Testis verò sibi contrarius & vacillans nullam fidem facit, c. si testes, s. qui falso vel varie 4. quest. 3. l. 16. ff. de test. VVes. ff. eod. in fin. Deinde ex Comitiorum Augustanorum actis, quæ inter partes notorium inducunt Gail. 1. O. 113. n. 3. manifestè reprobatur, vid supra ad s. 3. in princ. scriptum Sereniss. Electoris Palatini.

Ad §. Doch sollen alle andere &c. 5

Ita jam ante etiam in Francofurtensi Religionis pacificatione anno 1539. diserte cautum fuerat. Verba sic habent: Aus diesem Anstand sollen auch ausgeschlossen sein/alle Wieder-täufer vnd vnChristliche Secten vnd Kotten/ so der Augspurgischen Confession vnd derselben Religion Verwandten nicht gemess lehren/ oder vnter der Römischen Kirchen nicht wehren/ dieselben sollen von keinem theil geduldet werden/ Goldast. in Reichsforzung ad an. 1539. pag 233. & seqq. Hortleder. tom. 1. de sauf. bell. Germ. lib. 1. c. 32. num 13. adde Sleidan. comm. lib. 12. pag. m. 316.

Et noster hic §. specialiter in sequentibus comitiis repetitus & plenius sancitus fuit, uti ex R. A. anni 1566. zu Augspurg §. Auffi



§ Auff daß / patefcit, ubi fic: Auff daß aber in mitler zeit der  
Berführifchen je lenger/je mehr/ beyden der Alten Religion vnd  
Augfpurgifchen Confession zu wieder einbrechenden Secte vnd  
irrigen Opinionen kein raum noch ftatt gelaffen/sondern dieselbe  
von dem H. Reich Teutſcher Nation/vnſerm geliebten Vater-  
land abgewendet werden: So haben wir vns mit ihnen den ge-  
meinen Ständen/ vnd ſie ſich her wieder mit vns verglichen/ daß  
ſolcher Secten vnd irrigen Opinionen/ ſo/wie gemelt/ ſich von  
beyden/der Alten Religion vnd Augfpurgifchen Confession ab-  
ſondern/ oder denſelben zu wieder ſein/ vermög des Religion-  
Friedens keine gelitten noch geduldet/ ſondern allenthalben der  
gebühr vnd dem Religion-Frieden gemäs gänzlich abgeſchaffet  
werden.

Idem Ordinationi Camerae de anno 1555. expreſſe insertum  
fuit, atq; ſancitum, ne alii quam alterutri harum religioni ad-  
dicti Aſſeſſores, Advocati & quævis aliæ Camerae infervientes  
perſonæ, in ſummo illo Imperii iudicio admittantur vel to-  
lerentur, ſed ut protinus à iudice de conſilio Aſſeſſorum re-  
moveantur. *Ordin. Cam. part. 1. tit. 3. in fin. vel (ſecundum re-  
novatam, auctam & ſuperioris anni 1629 editionem Viennen-  
ſem) part. 1. tit. 3. §. antep. & penult. itemq; tit 5. §. 16. Denais. in  
jur. Camer tit. 14. num. 3.* Idq; non ſine ratione ad partes liti-  
gantes etiam extenditur; Adeò ut ſi actor ſive ſupplicans ſu-  
ſpicionem aliqua ſectæ in Imperio prohibita laboret, ei non  
prius proceſſus decernendi ſint, quam exhibitis confefſionis  
articulis de religione ſua doceat, ut conſtare poſſit, utrū bene-  
ficio pacatae religionis dignus ſit nec ne? *Magnif. Dn. Bernhard.  
Bertram apud Arumæ. vol. 1. diſc. 25. 0 fin. ubi addit: illud forte  
à Camerae ſtylo non alienum eſſe per tradita à Roſacorp. pract.  
forenſ. c. 17. in princ. Quos ſequitur Cranius de pac. relig. part.  
3. probl. 4. connex. 3.*

An & quatenus ergo Calviniani quos vocant, (in Gal-  
lia nonnullis dicuntur Hugenoti, ite Chriſtodini & Fribours,  
de quorum vocabulorum notatione vide apud Dn. Linnæum  
*lib. 1. de jur. publ. c. 7. num. 61.*) pace & libertate religionis in  
Imperio gaudeant! videat qui volet pro & contra disputan-



tes Syring de pac. relig. §. 21. & 22 Besold. 2. pol. 1. n. 42. Job Muter.  
apud Arumæ vol. 2. disc. 11. quest. 3. Cubach. de pac. relig. ap. Arumæ  
vol. 2 V. Var. ab Erenb. 1. de fœd. 2. n. 58. disc. 12. c. 7. num. 10. & 11.  
Reinking de reg. secul. lib. 1. d. 2. c. 2. num. 7 Bertran de pac. relig.  
§. 27. & seqq. Dan. Otto jur. publ. c. 24. Limneus lib. 1. de jur. publ.  
c. 13. num. 32. & in notis ad jur. publ. Ottonis, not. 155. Cran. de  
pac. relig. part. 1. probl. 13. Nordeman de jure Principat. t. 29. & 20.  
Rummel. part. 2. disc. 2. ad Aur. Bull. coroll. 3. novissimè & multū fer-  
vidè Dillingenses de Compos. pac. c. 11. q. 70. & 71. ubi disputant: Cal-  
vinianorum libros, in Imperio nec edi, emi, vendi, in catalogo Fran-  
cosurtano recenseri debere, Neq; eorum Doctores Theologos appel-  
landos esse; Nimis, inquam, fervidè & subtiliter hæc omnia,  
Non sic Maximilianus I. laudatissimæ memoriæ Imperator,  
Qui Principibus condemnationem Friderici Palatini Electo-  
ris urgentibus respondisse fertur: Nescitis quid petatis. Besold.  
d. c. 1. n. 24. §. 1. innuens tolerari & passivè licet non acti-  
vè ( ut loquuntur Besold. d. l. Nolden. de nobil. c. 17. n. 65. 66. ) illos  
sub hanc pacem remoto tamen omni syncretismo & colludio  
recipi posse, magno cum pacis publicæ compendio. in quam  
sententiam etiam transit Admodum Rev. D. H. Hopffner. in Sax. E-  
vangelic. sect. 1. part. 1. c. 5. in fin.

Falsus itaq; est Autonomiæ Autor, dum part. 1. c. 7. rubr.  
von der Weltlichen Obrigkeit &c. pag. 130. in odium, & inju-  
riam Augustanæ confessionis Principum & Statuum de dire-  
ctorio Electori Palatino in causis religionis delato sic nuga-  
tur: Kürzlich/ ait, ist die sache desselben Reichstags [anni 1566]  
der Calvinisten Religion halben dahin gerahen / daß dieselbige  
durch die Confeßionsverwandten nicht allein tollerirt / sondern  
auch vnter Obtag / Clientel, vnd in die Schoß der Augspurgi-  
schen Confeßion eingenommen / vnd hernacher derselben Reli-  
gion Obrister Patronus vnd seine Râthe / so offft man von gemei-  
nen Religions sachen tractire nicht allein mit zuRath gezogen /  
sondern ihm auch die Direction des Raths umbfragen / vnd  
vnd Schluß ihm gegönnet werden. Fallit & fallitur hic Auto-  
nomus; Res verò sic se habet.

In



In Comitibus Imperii, Status vel absentium nuncii solent post accessum se mutuò curialiter salutare; ac insuper ante propositionis publicationem Status conjuncti (quod plurimum inter Electores & Principes Saxoniae, Brandenburg. & Landgrav. Hassiae fieri, laudabili more receptum est) consultationes ac communicationes (correspondentiam vocant) preparatorias instituunt, ubi de futuris deliberationibus, antequam consultatio ipsa in publico Senatu suscipiatur, inter se conferunt, & ne ex improvviso quicquam ipsis oboriatur, quae singuli cognoscunt, omnibus communicant, alteri alterorum sententias exquirunt, ac in id praecipue intendunt, quomodo per omnia inter ipsos convenire possit. *Autor des ausführlichen berichts wie es auff Reichstagen/ &c. c. 2. in fin. Bertram. de Comit. § 64. Arumae. de Comit. c. 6. n. 91. & seqq.* Receptum est igitur, Electorem Palatinum, ut supremum inter Politicos, ad conferentiam Status Protestantes convocare; Causae verò duplicis generis, Politicae vel Religiosae sunt, De hisce in conventu omnium Statuum non deliberatur, sed inter Pontificios ut plurimum apud Archiepiscopum Salisburgensem; Inter Protestantes itidem in speciali eorum conventu agitur. In utrisq; Elector Palatinus antequam religionem mutaret, directorium habuit, sed postmodum illud ad politicas causas restrictum fuit, & quoties religionis & fidei causa disceptanda in Comitibus fuit, omnium Statuum Aug. Confessioni addictorum consensu ipsi denegatum fuit; Quapropter cum Ratisbonae anno 1598 Legati Electoris Palatini absentis, Status protestantes ad deliberationem convocassent, Friderici Wilhelmi Pro Electoris Saxon. &c. sanctae memoriae consiliarii cum quibusdam aliis Statibus ea de re collocati sunt: (*colloquium hoc plenius exponit Dn. Arumae de Comit. c. 6. num. 97. pag. 400. & seqq. nos summam ejus huc transponemus*) Inter alia, A. B. aesaqr. Es were zu einem ihres mittels ein Churfürst. iber Pfälzischer kommen/ vnd angemeldet/ daß diesen tag die Evangelischen Stände der gravaminum halben bey ihnen zusammen zu kommen erfordert/ mit begehrt daß die Churfürstlichen



lichen bey solcher zusammenkunfft auch erscheinen wolten / Nun  
were vor etlichen tagen ein solch suchen / welches sie albereit / vn-  
serm gnedigsten Herrn zugeschrieben / bey ihnen auch geschehen /  
vff welches sie zu ihnen gangen / vnd vermeldet / daß sie in Politi-  
schen sachen / gerne nicht mit ihnen communiciren wolten / Ge-  
dachter B. sagte weiter / die gravamina weren nicht alle relevan-  
tia lieffen auch zum theil wider ihre Majestät selbst / gegen  
welche sich nicht vffzulehnen &c. weil sie nun hiezu keinen befehl  
ich halten / wolten sie es auch bleiben lassen / vnd vff den hiebevorn  
an vnsern gnedigsten Herrn gethanen bericht Ihr S. G. resolu-  
tion erwarten / Es lieffen doch Theologische sachen mit vnter /  
man verblümete es wie man wolte / darinn dann vnser gnedigster  
Herr keinem / der seiner Religion nicht were / das directorium  
lassen könnte &c. Jedoch was Politische sachen anlangete / wür-  
den sich deswegen die Stände zusammen fügen / solte an ihnen  
auch kein mangel erscheinen. Et quidem declaratio sub dato  
Torgæ 20. Xbr. an. 1597. secuta fuit, in qua Prolector, lau-  
dato studio suorum cōsiliariorum, ipsis injungebat ne se ipsis  
conjungerent: quod & ab eodem, sub dato Torgæ 21. Januar.  
an. 1598. iisdem comitiis repetitum fuit. Subsequentibus vere  
comitiis itidem Ratisponæ an. 1603. actis, eadem controver-  
sia sollicitos habuit Legatos Electorales, cumq; desuper Ele-  
ctoris Christiani II. beatæ memoriæ mandatum peterent, id  
sub dato Dresden 4. Xbr. an. 1602. ipsis transmissum fuit:  
was dan letztlich das Directorium anlanget / dessen sich die Chur-  
fürstl. Pfaltzgräfflichen in den Reichsachen ohn vnterscheidt  
anmassen / Ob wir wol nicht gemeinet / so viel die Politica anlan-  
get / Ihnen dasselbe freitig zu machen / oder / derwegen einigen  
eintrag zu thun / sondern seind vielmehr geneigt neben denselben  
in allen billichen sachen vmbzutreten / So können wir ihnen  
doch auch das Directorium / in Religion / Privat / oder Geist-  
lichen sachen nicht einräumen / viel weniger aber geschehen las-  
sen / daß Ihr / vff ihr erfordern / in Religionsachen / zu ihnen  
euch verfüget oder euch disfalls mit ihnen vergleichet / wir  
seind



seyndt auch beröhet worden / daß es der Chur Sachsen / abge-  
ordnete Räte vff unterschiedlichen Reichstagen / wie auch an-  
no 94. vnd 97. also gehalten haben; Quibus ut & aliis comi-  
tiis, Status confessionis Augustanae, Directorium in causis  
Religionis, Electori Saxoniae detulerunt, quo & ille defun-  
gitur. *Hes Ampliss. Dn. Arumaeus in tr. de comitiis d. cap. 6.  
num. 97.* Quibus convenienter celeberrimus Theologus  
*Leonhardus Hutterus* (cujus manes & memoriam, etsi, dum  
viveret, mihi ignotus fuerit, etiamnum debita pietate &  
reverentia, non sine singulari causa, meritò prosequor)  
*in Irenico vere Christiano cap. 29. pag. scribit: Electorem Saxoniae  
in Comitibus Imperialibus, in Spiritualibus & religionis negotio; Pa-  
latinum verò in temporalibus & Protestantium causis civilibus di-  
rectorium habere.* Cui sanè temerè & sine ratiōe insurgit  
*Jos. Nolden. de nobilit. cap. 8. numer. 108. inquit.* Quod *Dn.  
Hutterus* d.l. scribat, nisi cum grano salis accipiatur, esse con-  
tra praxin stylum & veritatem. Nam in causis fidei Pala-  
tinum una cum Saxone directorium habuisse, patere ex Re-  
ces. Imperii de anno 1557. §. das von wegen vnser Alten / ibi,  
daß von wegen der Augspurgischen Confession / das Chur  
vnd Fürstliche Hauß Pfaltz eine / das Chur vnd Fürst-  
liche Hauß Sachsen eine / daß Chur vnd Fürstliche Hauß  
Brandenburg eine / beyde Hertzogen zu Pommern eine /  
Landgraff Philips zu Hessen &c. eine / vnd dann alle Graffen  
vnd Herrn / so der Augspurgischen Confession verwandt seind  
auch eine / doch aller dieser ding verstendige / auffrichtige / redli-  
che Personen / Geistliches vnd Weltliches Standes zu diesem  
colloquio abfertigen sollen vnd wollen. Sed certè omnino sine  
sale ista accipit atq; profert *Noldenius*. Maximè siquidem ipsa  
veritas praxis & stylus ejus temporis, de quo loquitur *Dn. Hut-  
terus*, & multorū retrò annorum pro ipso contra *Noldenium*  
militat; ut paulò ante deductum fuit. Errat itaque *Noldenius*  
I. existimans; Palatinum & Saxonem eonjunctim dire-  
ctorum habuisse. Solus namque Palatinus, antequam reli-  
gionem mutaret, directorium habuit, teste *Dn. Arumaeo* d. l.

II. Malè



II. Malè ab eo quod olim habuerit, ad id quod jam vel postea mutata conditione, habeat, argumentum ducitur; Habuisse Palatinum directorium, ante religionis mutationem, certum est, nunc vel postea id habuerit incertum fuit. III. Probatio Noldenii plane impertinens & minus concludens est, *contra l. 22. C. de probat. c. cum contingat X de Off. deleg.* textus siquidem ex *d. Recessu* allatus, *juncto § precedente* Anlangend die Auditoren/ non nisi de Auditoribus tam a parte Catholicorum quam Protestantium æquali numero adjungendis agit; Quod si hos Auditores omnes Directores credat Noldenius; non Palatini & Saxonis, tantum sed reliquorum omnium etiam directorium fuisse concedat oportet. De Præside verò seu Directore, ejusq; quatuor Assessoribus, inter quos Elector quidem Saxon. Palatinus verò non æquè reperitur, agitur eodem Recessu *§ nicht desto weniger / cum seq.*

*Ad §. Vnd nach dem 6.*

Hunc § ( quem celeberrimum vocant *Paurmeist. 2. de jurisd. 2. num. 64.* ) de reservato seu postulato Ecclesiastico vom Geistlichen vorbehalt / sive Ausbehalt / plurimi Politicorum graviter impugnant inter quos præcipuè *Paurmeist. d. c. 2. num. 80. & multis seqq. ubi passim eum vocat: articulum infititium, nullum & invalidum. Linnaeus lib. 1 de jur. publ. c. 13. num. 37. & seqq. Arnold. Engelbrecht de jurisd. Imper. § 136. ubi addit: Eum strictissimè intelligendum. Bertran. ap. Arumæ. vol. 1. disc. 25. § 59. & seq. & de Comitibus § 36. Cubach. ap. Arumæ. 2. disc. 12. c. 7. § 28. & seqq. Cranius part. 1. probl. 10. Beindorff. ap. Arum. 3. disc. 9. § 58. Nolden. de Nobilit. c. 9. num. 239. 240. & seq. Schonborn 4. pol. 6. Besold. thes. pract. Geistlich vorbehalt / & diss. de imperio subalterno pag. 180. & 1. pol. 9. num 19. Laurent. Ohm de jure Episcop. § 14. lit. F. in fin. Vietor de Exempt. § 32 in fin. Hensler de cura Magistrat. religiosa. § 16. Syring. de pace relig. § 37 in fin. & 47. lit. C. Quorum alii dissensum Protestantium; Alii contrariam consuetudinem urgent, Alii mediam q. viam tenentes, si communi Episcopi capitularium & subditorum consensu reformatio*

matio



matio suscipiatur, hunc §. nihil obstare putant; Cum ejus  
fundamentum in eo consistat, ne invitis capitularibus & sub-  
ditis quicquam innovetur, quare aliud dicendum sit, si con-  
sensu capituli & subditorum mutatio facta sit. Atq; hoc  
prudentissimè *Detlevum à VVinterfeldt & Carolum Barthium*  
*JCtum & Cancellarium Neomarchicum* perpendisse accepi-  
mus, ideoq; ad Electorem Brandenburgicum è legatione ad  
Rudolphum II. Cæsarem, qua Pragæ Anno 1590. funge-  
bantur, sic rescripsisse: Vnd möchte diß/ was etwan hievon  
gerathen worden/ noch wol das beste sein/ Nemlich daß die Bi-  
schoffe/ so die Religion zu verendern gedächten/ die sache bey zeit  
bey ihren Capitularn vnd Stifftsständen also vnterbawen/ daß  
sie von ihnen nicht angefochten noch beklagt würden. So lies-  
sen sie alsdann andere Frembde auch wol bleiben/ Wie man  
gleichwol nicht erfähret/ daß der Stiffte halben so unsere Reli-  
gion Herrn inne haben/ ohne klag der Vnterthanen oder Capitu-  
larn etwan fürgenommen würde. Ja es haben sich die vor-  
nehmsten Geistlichen zu mehrmahlen erklärt/ wenn sie das/ was  
sie jetzo noch haben/ behalten köndten/ daß es der verenderten  
Stifft halben/ wol wie es jetzo ist/ bleiben würde. quale rescri-  
ptum ab *Amplis & Consultis. Dn. Frider. Hortledero* sibi com-  
municatum refert *Beindorff ap. Arumæ. d. l.* Cujus partem  
posteriolem uti expressè confirmat *Mulhusina asscuratio,*  
super pace Religionis & Episcopatibus aliisq; bonis Ecclesia-  
sticis, à Statibus Catholicis, Principibus & Statibus Augusta-  
næ Confessionis, 10 Martii, Anno 1620. data; Cujus verba  
inter alia apud *Lundorpium lib. 5. act. public. tract. 2. pag. 849.*  
859. sic habent:

Asscuriren vnd versichern vor vns unsere Nachkommen  
vnd alle andere Catholische Stände/ solcher Weltlichen Inha-  
bere der Ertz vnd Stiffte/ sampt den zugehörigen gütern hiemit  
vnd in bester form vnd maß es geschehen sol vnd kan/ wofern sie  
es mit Ihrer Kais. Maj. so wolben jetzigen vorheimischen vn-  
wesen als zukünfftigen fällen/ so den Rechten vnd Reichs Con-  
stitutionen zu wieder lauffen möchten/ trewlich halten/ vnd wie-

D

der



Der aller derselben wiederwertigen gebührende assistentz lei-  
sten/ vnd gegen dieselbe weder directè noch obliquè ichtens wie-  
briges thun / rathen oder vornehmen / den Catholischen kein  
Ertzstift/ Kloster noch Geistliche güter/ es sey mit gewalt oder an-  
dere mittel entziehen/ sondern dieselbe vielmehr bey demselben/  
vnd was sie bey obvormelten in Weltlichen henden begrieffen/  
Ertz vnd Stifften für geruhsam noch haben / rühig haben vnd  
gegen männlichen schützen vnd helffen werden/ daß dieselben  
nun vnd ins künftige weder von den Catholischen selbst/ auch auf  
ihre verschaffung/ durch andere mit der that angegrieffen/belei-  
diget/ vberzogen/vorgewaltigen/nach davon de facto auffer rech-  
tens verdrungen oder verstoffen werden sollen &c.

Ita priorem ejus partem impugnant *Dillingens.* *J. Cti de*  
*composit. pac. c. 7. q. 53. num. 46.* eam doctrinam non juridi-  
eam sed apertè falsam esse dicentes. Verum Ipsos falsos esse  
in discursu monstrabimus.

### *Ad §. Diweil aber/ 7.*

Hunc §. admodum dubium esse jam tum *anno 1558. Maii*  
*die 13.* Illustris. Johannes Marchio Brandeb. in causa ver-  
tente inter Ducem Sax. & Abbatem Fuldensem, Cæsareus  
Commissarius constitutus pronunciavit, atq; ideò à Cæsare  
& Statibus in comitiis declarationem & decisionem peten-  
dam. Eodem modo in Camera Imperiali (interpretatio-  
nem hujus §. Diweil ab Imperio petendam, cum ejus sit in-  
terpretari, cujus est condere) responsum esse refert *Gylman.*  
*symphor. tom. 1. part. 1. tit. 1. de pac. publ. 48. n. 10.* Idq; genera-  
le esse, quod interpretatio des Religionfriedens non inferiori  
sed Imperatori & Statibus qui pacificationem erexerunt,  
competat, concluditur apud *Gylman. d. l. tom. 1. part. 1. tit. de Re-*  
*ligione, vot 6. num. 12. Paurmeist. 2. de jurid. 2. num. 95.* Licet  
dissentiant *Dillingenses de comp. pac. c. 10. q. 64. per tot. & ibid. n. 28.*  
distinguant, inter interpretationē, authenticā seu quæ publi-  
cæ legis inter universos vigorem habeat, & inter judicialem  
seu particularem, quod sc. illa totius Imperii sit, hanc judex  
inter partes facere possit. Quam distinctionem jam olim  
vidit



vidit & evertit Referens *apud Gylmannum. d. tit. 3. num. 13.*  
*dicens:* Si hoc admittatur, omnibus illis qui constitutionem  
Religionis eludere volent, planam admodum sterni viam,  
Cui legis fraudi, tam exemplo perniciosam & periculosam  
viam seu fenestram, voto suo se aperire nec velle nec debere.  
Monet tamen *Ampliss. Hortlederus tom. 1. lib. 1. de caus. bell. Ger-*  
*man. c. 35. in pr. in hunc §. n.* & alia non pauca hodiernæ Pa-  
cificationis Augustanæ loca, commentarii doctissimi vice fu-  
turum scriptum illud ab ipso in *d. c. 35.* exhibitum; cui titu-  
lus: *Vom tag zu Hagennawe/ &c. item Aus was billigkeit man*  
*den Protestirenden der Kirchengüter restitution, oder in ge-*  
*trewes hand erlegung oder bewilligung ins rechten begehret hat.*  
Et non malè huc facit dissertatio illa anonyma à *Besold. in thes.*  
*pract. verb. Kloster pag. 171. & seqq.* apposita.

Cæterum quia hæc quæstio verè Sabbathina est, (hoc  
est, ut *Raphael Fulgosius ad l. qui mutuum §. non ideo, ff. mandat.*  
*explicat,* quæ die Sabbathi tractanda, id est, religiosè & cir-  
cumspectè, cum in utramq; partem aliquid dici possit, *Coth-*  
*man vol. 1. resp. 44. n. 45. Parthen. litigios. 1. c. 16. n. 22.*) & cujus  
decisio hodiè in manu & mucrone posita videtur, ideo hic  
manum de tabula; ubi prius tamen hæc duo monuero. I.  
quod *Dn. Arume. de comit. c. 8. n. 19.* refert: Compertum esse,  
Pontifices posteriores subsequenter comitiis restitutionem  
bonorum Ecclesiasticorum, & jus prætensum, quod tamen  
ipsi nullum in Ordines Imperii competit, non ulterius ursis-  
se, sed Legato suo in postremis Comitiis in secretiore sua in-  
structione mandasse, apud Cæsarem instaret ut Protestantes  
quidem Ecclesiasticis bonis à se hæctenus possessis uti frui si-  
neret, sed ulterior saltem præcaveretur molestatio.

II. Veram decidendi rationem hujus §. monstrat *Dn. Hort-*  
*leder. tom. 1. de caus. bel. German. lib. 7. c. 2. n. 5.* ex responso  
Protestantium Legato Cæsareo an. 1537 reddito; Ubi sic a-  
junt: *Diemeil aber die nutzung von wegen des rechtschaffenen*  
*Gottesdienstes da seindt vnd das beneficium propter officium,*  
*vnd aus angezeigten vrsachen Ihr* (monachorum aliorumq;



religiosorum) officium vns den Ständen nicht leidlich / so kan  
oder mag man dieselben nicht restituiren / es sey dann zuvor in ei-  
nem freyen Christlichem Concilio ausfündig gemacht / welche  
Lehre in dem Göttlich oder Vngöttlich sey? denn so sich erfindet  
(als sich denn nicht anders erfinden mag) daß vnser Lehr vnd  
ceremonien gerecht sein / so ist je gewiß / daß dem widertheil  
solche nutzung nicht gebühren auch nichts vnbillichs geschafft o-  
der gegen ihnen fürgenommen ist. Vnd darumb so muß der  
einfallende präjudicial Artikel des Glaubens für allen  
dingen in einem Christlichem Concilio abgehandelt sein / dann  
man zu solcher erleuterung von rechts vnd billigkeit wegen kom-  
men mag.

Locus summè notandus, inquit Hortlederus d. num. 5. lit. C.  
unde veram tandem rationem addiscamus, cur justissimè hac  
pacificatione religionis perpetuâ constitutum sit: *Ne bono-  
rum Ecclesiasticorum nomine conveniantur Augustanae Confessionis  
Ordines, intra vel extra iudicium, Neve idcirco adversus ipsos decer-  
nantur citatio, mandatum, aut processus ullus in Camera.* hoc § Die-  
weil. In tantum, ut justam succensendi causam Autor Auto-  
nomiæ non habeat *part. 3. c. 4. §.* Aller vbrige context. ubi de  
injuria Catholicis per constitutionem hanc illata multis que-  
ritur, Da müssen / inquit, die Catholischen / vnd sonderlich die  
Geistlichen verzeihen auff alles das ihnen abgenommen worden /  
da darff es Ihr keiner weder inner noch auffer recht wieder for-  
dern / da muß ihre jurisdiction, ihre gerechtigkeit suspendirt  
sein vnd bleiben &c. Scilicet hæc ratio est: Quia Præjudi-  
cialis est, de religionis ipsius veritate ac sinceritate contro-  
versia. Ideoq; legitimo prius decidenda concilio (non au-  
tem autoris Autonomiæ spurio *part. 3. c. 13. ibi: Aber es ist  
nunmehr zu spath &c.*) quam lis de bonis ad veram religionem  
unicè pertinentibus, *c. 1. caus. 23. q. 7. vers. Quisquis, dijudicanda  
suscipiatur, arg. l. 1. §. 1. ff. famil. ercisc. l. 13, 16, & 18. ff. de Ex-  
cept. l. 4. de in integr. rest. & eorum quæ de præjudicialibus  
causis scribunt Revardus 1. de præjud. c. 1. & lib. 2. c. 7. Olden-  
dorp. de Except. cap. Exceptio præjudicii & class. 3. act. 9. Zang.  
de Except. p. 2. c. 10.* Male enim consulunt, pergit Hortle-  
der



der, existimationi cum Cæsaris Regisq; , tum augustissimi  
Senatus Imperii, & plus æquo largiuntur adversariis, qui pro  
ratione, vel antiquam illam cantilenam: *Hoc quidem  
perquam durum est, Sed ita lex scripta est: L. prospexit, §. 2.  
lit. D qui & à quibus manum.* ex schola miserorum Doctorum  
afferunt, *Tileman. de Benignis*, aut quisquis sub eo nomine deci-  
siones Camerales scripsit, *Syntag. 1. decis. 1. vol. 3. n. 4.* Vel Thra-  
sybuli Atheniensis legem: Quâ ex animo civium deletam  
volebat omnem injuriarum memoriam. *Dresser. in orat. De E-  
lect. Augusto, post millenarii 6. partem 2.* Hucusq; eruditè *Dn.  
Hortleder.*

*Ad §. Damie auch/ §.  
verb. Anlangendr.*

De Ecclesiasticæ jurisdictionis suspensione (quam Papam  
etiam per legatū in Comitibus Augustanis præsentē, ejusq; sub-  
scriptionē Recessui additam approbasse *Petr. Leopold. apud A-  
rum. vol. 1. disc. 24. conclus. 1.* existimat) quatenus ea plenè vel  
quoad certas tantū causas accipienda sit, inter nostrates *Syring.  
de pac. relig. §. 29. Cran. de pac. relig. p. 1. probl. 6. & seqq. Frider. de  
process. Camer. c. 29. Zanger. part. 2. de Exc. c. 1. n. 424. Caspar Leopold.  
de concurrent. jurisdic. in Imp. quest. 20. Schonborn 4. pol. 6. ad hunc  
§. n. Reinking lib. 3. cl. 1. 6. 10. Besold. thes. pract. verb. Religion §.  
Religio, & lib. 1. polit. c. 3. n. 24. & de Monarchia Laurent. Ohm de  
jur. Episc. §. 16. in fin. Christoph. Leibfrid apud Goldast. in polit. Imp.  
part. 30. disc. 1. §. 11. P. V Volffrum diss. de Principib. concl. 10. Myngius  
de sup. territor. §. 62. Autor decis. Camer. verb. Religionfried.  
Cubach apud Arum. vol. 2. disc. 12. c. 8. & Pontificios, quorum  
causam nuper propugnarunt *Dillingenses de comp. pac. in præfa-  
tione §. hæctenus, & c. 6. q. 42.* acriter quoq; disceptatur.*

Puto nostratiū sententiā quoq; juvari interpretatione vo-  
cabuli (anlangend) quod in fine hujus §. positum extat, atq;  
eā quidem quam olim anno 1537: Protestantes in duplici O-  
ratori Cæsareo opposita secuti sunt in simili planè casu, puta  
de intellectu verborum transactionis Noribergicæ §. 7. *ibi in  
sachen den Glauben belangendr / quibus ibi de suspensione a-  
ctionum contra Protestantes in causis fidei agitur.*



De horum intellectu sic itaque respondent Protestantes apud Hortled. tom. 1. de bell. Germ. lib. 7 c. 4. num. 6. daß aber auch mit gemeltem Stillstandt/nicht allein die sachen/die ohn Mittel vnd principaliter den Glauben vnd Religion betreffen/sonder auch die/so sich vmb verenderung der Ceremonien/Mißbreuche/vnd anders dergleichen willen/begeben haben/solches zeigen die Wort der Kayserl. versicherung klar genug an/ In deme/das ihre Majest. bewilligt vnd zugesagt: Alle Rechtfertigung/in Sachen den Glauben vnd Religion belangendt/auffzuheben. Wie dan das Wort: Belangendt: selner Art vnd Eigenschafft nach/mehr gemeldte consecutiva,dann die Principal Religions Articul rechtlichen verstande nach/begreiffet vnd mit bringt.

Eamque interpretationem plenius & fufius tractant ac defendunt iidem Protestantes apud Hortleder d. lib. 7. c. 1. 2, 3, 4, 7. & 19. Vt verè Amplissim. Dn. Hortlederus tom. 1. de caus. 6. G. lib. 1. c. 10. num 7. de verbis illis, in sachen den Glauben belangend/exclamasse videatur: *O verba nata in turbas ac dissidia!* Quæ enim dicenda essent, *fidem seu religionem concernentia*; ante definiri ac constitui non potuit, quam bello victa Germanico nostratum sententia, victricem rursus non vi vinceret sed religionis pacificatione Augustana, an. 1555. § damit aber &c. Hortleder. d. l. Sic itaque vi verbi, Unlangendt/veniunt hic non modo ii casus qui, *Augustanam confessionem, religionem, Fidem, ritus, ordinationes, ceremonias & Ministrorum constitutiones*, principaliter sed etiam accessoriè & per consequentiam concernunt.

### Ad §. Als auch den Ständen. 9.

Hunc § cum seq. contra canonicam traditionem & Ecclesiasticorum reddituum primam institutionem Paci Religionis insertos esse scribunt in compos. pac. c. 9. q. 62. num. 24. §. *Isti duo* Satis quidem protervè hæc; sed esto; Jam non nisi Justiniani Imperatoris atque ipsorummet Canonum verbis respondebimus. *Qui constituerunt* (inquit Justinianus in L. 42. § 10. C. de Episc. & cler.) *vel fundarunt sanctissimas Ecclesias*



Ras pro sua salute & communis reipublicæ, reliquerunt illis substancias ut in illis à ministrantibus piis clericis Deus colatur; Ne ex sola ecclesiasticarum rerum consumptione clerici appareant, nomen quidem habentes clericorum, rem autem non implentes clerici. Cui optimè consentit D. Augustinus in cap. 1. caus. 23. quæst. 7. Quisquis (inquit) res pauperum & basilicas congregationum (quæ omninò non debentur nisi ei ecclesiæ quæ vera est Christi ecclesia) sub nomine ecclesiæ non per justitiam, sed per avaritiam tenet, displicet nobis easq; justè amittere jubendus est.

Quod Augustini dictum Principes Protestantes olim quoque Oratori Cæsareo Matthiæ Heldo Smalcaldiæ anno 1537. in duplica sua reposuerunt. Hortleder. tom. 1. de caus. bell. Germ. lib. 7. c. 4. § darzu mögen wir &c. num. 15.

Si ergo (respondeat pro nobis hâc vice idem Augustinus c. 2. caus. 23. quæst. 7.) de rebus vel locis ecclesiasticis, quæ tenebatis & non tenetis, querimini; possunt & Judæi se justos dicere & iniquitatem nobis objicere, quia locum in quo impiè regnaverunt modo Christiani possident. Quapropter magis mirari debetis quod adhuc tenetis aliquid, quam quod aliquid amisistis.

Quod autem nobis objiciunt (pergit Augustinus d. caus. 23. quæst. 7. c. 3.) quod res eorum concupiscamus, & auferamus, utinam catholici fiant, & non solum quæ dicunt sua, sed etiam nostra in pace nobiscum, & charitate possideant. Usque adeò autem calumniandi cupiditate cecantur, ut non attendant, quam sint inter se contraria, quæ loquuntur. Ipsi certè dicunt & invidiosissimi conqueri videntur, quod eos in nostrâ communionem violento legum imperio coarctamus. Hoc itaque nullo modo faceremus, si res eorum possidere vellemus. Quis avarus querit compossessorem; Quis dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominationis elatus, desiderat habere consortem? Ipsos certe attendant quondam suos, jam nostros socios, & fraterna nobis dilectione conjunctos; quemadmodum ea teneant, non solum quæ habebant, sed etiam nostra, quæ non habebant. Cum ergo nobiscum sint plebes earundem ecclesiarum, nobiscum pauperes, qui de iisdem possessiunculis alebantur, ipsi potius foris positi desinant concupiscere aliena.

Cæterum



Cæterùm, paucis hisce ad Dillingensium calumniam  
regeſtis, illud etiam addo: Vulgatam & constantem omnium  
exemplarium *hujus §, in verb. recht vnd gerechtigkeit / lectio-*  
*nem, à Dillingensibus mutatam esse, atque tam in Germani-*  
*ca quàm latina Ipsorum versione, Appendici Compositionis*  
*pacis sub lit. I. inserta, ita legi: Recht vnd Gerechtigkeit &c.*  
*item, jus & jurisdictio; Quod Petr. Denais. in compend. jur. Ca-*  
*meral. tit. 216. num. 13. convenienter vulgatæ editioni sic red-*  
*didit: commoda & jura &c.* An fortè ergo hæc verborum sub-  
ornatio aliquid monstri alat, cogitandum relinquo.

§. Vnd ob solcher. 10.

verb. was sie vor Alters hero solchen Ministerien  
gegeben haben.

Occasione horum verborum hîc non intempestivè quæri-  
tur; An Ministrorum Ecclesiæ & scholarum stipendia, omni-  
um rerum pretio indies crescente, ex bonis illis seu decimis,  
unde antè fuerunt soluta, augeri possunt, an verò in illo sta-  
tu, in quo tempore pacificationis fuerunt, relinqui debeant?  
Et sane de hoc puncto, jam olim inter Status Imperii utrius-  
que religionis disceptatum quoque fuit. Equidem Catholi-  
ci aliquoties in suis gravamiibus Cæsareæ Maj. oblatis au-  
gmentum illud seu talem salarii auctiorem impugnarunt. De  
quo etiam videri possunt *Dillingenses de compos pac. c. 9 q. 62. n. 25.*  
*& 26.* Quibus tamen à Protestantibus anno 94 pro contra-  
ria sententia optimè responsum fuit: können sie (Catholici)  
die jetzt eine zeitlang continuirten thewren Jahre in vorige  
glückselige zeit bringen / da fast einem jeden ein gülden so nütze  
gewesen / als jetzo drey sein können / so ist ihnen umb viel hundert  
gülden geholffen. Atque hæc sententia & pietati & æquitati  
magis consentanea est. Pietas jubet, ut qui Evāgelium annun-  
ciant de Evangelio vivant *1. Corinth. 9. v. 4.* Atqui de alta-  
ri & Evangelio vivere non dici potest, qui inde, sive de bo-  
nis altari & Ecclesiæ isti destinatis, necessaria alimenta, pro  
presentis temporis necessitate, ad vitæ sustentationem non  
percipit.

107913



percipit. Alimenta enim ita dari debent, ut sufficiant l. 15. §. sufficienter de usufr. l. 30. ibiq; Zas. ff. de re judic. Mart. Coler. de aliment. l. 2. c. 2. n. 1. in fin. Idque eò magis in Ecclesiarum ministris obtineat, in quibus neutrum ferendum est, ut vel omiſſa officii sui cura res terrenas curent Actor. 6. vers. 2 Roman. conf. 344. num. 4. vel panem mendicando colligant. c. diaconi 23. §. usum autem, vers. mendicat in foelix. dist. 93. Mart. Coler. d. l. lib. 1. c. 17. n. 55. Deinde æquitas quoq; in hac alimentorum constitutione attendenda est semper l. 5. §. 2. ibi cum ex æquitate hæres descendat, ff. de alend. & agnos. liber. Et in dubio pro alimentis judicandum l. 5. §. an autem ff. de Carbon. edict. Mart. Coler. de aliment. lib. 3. c. 14. n. 8. Sed quid æquiùs & humanius est, quam ut ii qui indies invalescente annonæ caritate majores sumptus in suam suorumque sustentationem facere coguntur aliquantò majus etiam atque olim, ex suis laboribus salarium & commodum percipiant. Hinc alimenta & eorum quantitas naturaliter taxata dicitur, quod sc: ex naturali æquitate & arbitrio boni viri determinatio facienda sit, post Bald. Ruin. Jason. Mart. Coler. d. lib. 1. c. 15. n. 76. lib. 2. c. 2. num. 22. & c. 7. num. 22. Bartol. de aliment. num. 22. Unde est quod fructibus prædii vel agri cujusdam in alimenta alicui concessis sive legatis, & postea minores redditus proveniant quam alimentorum quantitas sit, tum ad eam ex reliquis supplendam hæredes tenentur. l. Lucius 12. de aliment. legat. Mart. Coler. de aliment. lib. 2. c. 2. num. 17, 18. & seqq. semper enim clausula rebus sic stantibus, in omnibus contractibus, dispositionibus legibus, privilegiis, statutis, ultimis voluntatibus, renunciationibus &c. etiam juratis subintelligenda est, cujus vi à contractu, etiam altero contrahente invito, recedere licet. latè Jac. Schultze ad M. Pistor. q. 149. num. 20, 21. & seqq. usque ad n. 48 Atque ita etiam in alimentis, nova causa oborta facit à pristina dispositione nonnihil deflecti. Sic ætate alimentarii crescente, crescunt pariter alimenta. l. 10. §. 2. in fin. de alim. leg. post Gl. Specul. & Jas. Pontan. de aliment. c. 17. num. 28. Quapropter etiam nova ista superveniens

E

niens



niens annonæ caritatis causa efficit, ut ex iisdem bonis Ecclesiasticis, ministrorum prædictorū salaria augeri salvâ Pacificatione nostra adaugeri queant. Facit huc, quod ex Decio, & Tiraquello refert Jacob. Schult; ad M. Pist. d. l. num. 28. Si quis alteri sese ad panem ipsi familiæq; coquendum obstrinxerit certâ pensione acceptâ, tamen ubi familia usque adeo excrescat, ut haut sine maximo suo incommodo præstare promissa, pro tam levi pensione queat, iudicis officio succurrendum ei esse, ut vel pensio augeatur, vel ab onere isto sublevetur. Atque hanc esse communem Dd. sententiam.

Quin & in terminis de Parocho, post Roman. cons. 344. num. 2. Ripam & Speculator. concludit Pontanus de aliment. c. 11. num. 8. & c. 13. num. 11. Prædicatorem si ex beneficii fructibus se sustinere nequeat à proximioris Ecclesiæ vicinis alimentandum esse.

Tandem ipsa quoque pacificationis verba hanc in rem satis clara esse videntur. Siquidem in hoc nostro & præcedenti Sextant verba die Ministeria &c. sollen versehen werden / *de- bent sustentari deinceps sicut olim*, ut habet versio latina Denaisii & Dillingensium. Atqui olim ex bonis illis tantum præstabatur quantum ad sustentationem sufficeret; Ergo idem etiam deinceps fieri debet; Alioquin non possunt dici, *sustentari* sive *versehen sein* / quod tamen requirit Constitutio. Paria enim sunt non esse & inutiliter ac insufficienter esse. Non secus atque etiam receptio nulla est, si monasterium receptos absque penuria alere non potest. c. un. § sanè, de Statu regular. in 6. M. Coler. de alim. l. 1. c. 17. n. 62. Adde Syring. de pac. relig. § 38. in fin.

*Ad §. Es sol auch kein Standt.*

*verb. Wider ihre Obrigkeit in Schutz vnd Schirm nehmen.*

Idem hic § in prioribus pacificationibus habetur, ut in N. N. zu Spener / d. an. 1544. § doch sol kein Standt / &c. item

N. N.



N. A. zu Regenspurg de an. 1541. § vnd damit &c. in fin. Sed  
hic rursus gravem calumniam impingit Evangelicis Statibus  
*Autor Autonomie part. 3: 6. 36. in princ.* § zum vierdten/ dum in-  
quit, Ja an vielen orten da noch viel guthertziger gehorsamer  
Unterthanen sein/ welche sich nicht allein gern gülich weisen vnd  
aus den Sectischen Irthümen vnd Finsternissen zum Liecht des  
rechten Evangelii widerbringen lassen / sondern auch recht dar-  
umb seufftzen vnd bitten; da schickt man denselben heimliche  
Predicanten/ Trostschriften vnd vermahnungen / vertröstet sie  
auch aller ggedigen hülfße vnd beystande wider ihre O-  
brigkeiten/ damit sie sich nur derselben gehorsam nit vnter-  
geben / Vnd da sonst kein auffstandt Krieg oder Blutver-  
giessen verhanden / durch ihr anstifften vnd practiciren bald et-  
was erregt wird &c.

En nimium hominis calumniandi & mentiendi studium  
Laudatissimorum nostrorum Principum eorumque Theo-  
logorum hac in re studium, iudicium atque consilium quod  
semper fuerit videat de eo, qui volet, Beatissimi nostri Lu-  
theri hac de re consilium constantissimo Electori Johanni  
Friderico redditum, *apud Hortled. tom. 1. de caus. bel. Germ. lib. 7.  
cap. 1. cui titulus: Bedencken D. Martini Lutheri: Ob Chur-  
fürst Johan Friderich zu Sachsen &c. vnd S. Churfürstl.  
Gn. Einigungs Verwandten / anderer Obrigkeit Unterthanen  
des Evangelij halben / in ihren Schutz / Bündnüß vnd verthei-  
digung wider vnrechte gewalt derselben ihrer Obrigkeit nehmen  
mögen? Ubi post multa sic tandem concludit: S. Petrus  
spricht: [ 2. Petr. 4 vers. 15. 15. ] Ihr sollet nicht leiden als Mör-  
der vnd Diebe oder Bbelthäter / oder die in frembde Regiment  
greiffen! &c. Nun kan Ich diesen fall nicht anders verstehen /  
denn das es sey in frembde Regiment greiffen / vnd andere glei-  
che Obrigkeit hindern vnd Ihr Land vnd Lent entziehen: Ecquid  
hic seditiosè consulit B. Lutherus? Videat quoque doctissi-  
mam quæstionis hujus: *An pius & Christianus Magistratus vicini-  
orum populorum ob veræ religionis professionem ab ordinario suo  
Magistratu pressorum curam aliquam gerere debeat? resolutionem**



apud admod. Rever. Dn. Gerhard. Affinem & quondam hospitem  
meum honoratissimum, tom. de Magistr. politic. § 211. Ubi re-  
motis contrariis sic demum decidit: Præter cætera, inquit,  
quæ cum reliquis etiam privatis personis Magistratus ha-  
beat communia, (quæ sunt potissimum duo, fidelis scilicet  
intercessio, ac legitima defensio. Potest omnino (pergit Ger-  
hard.) ac debet Christianus Magistratus pro vicinis populis  
propter veritatis confessionem pressis, apud ordinarium ipso-  
rum Magistratum intercedere, ut de severitate aliquid re-  
mittatur ac liberum veræ religionis exercitium ipsis conce-  
datur. *Ibiq; tria exempla; de anno 1541. ubi Protestan-  
tium Ordines apud Franciscum I. Galliarum Regem; de anno  
1584, ubi Augustissimus Saxoniarum Elector AUGUSTUS  
apud Henricum III. Galliarum Regem; & de anno 1609, ubi  
Christianissimus Sax. Elector Christianus II, ad Imperato-  
rem Rudolphum pro Statibus Evangelicis in Bohemia, fide-  
lissimè intercesserint, adducit, & paulò post in fine de ipsa de-  
fensione ita subjicit: Defensionem quod attinet, in ea cautè  
procedendum: Quod si enim merè subditi ob veræ reli-  
gionis confessionem pressi à Magistratu suo ordinario defe-  
ctionem moliantur, & arma eidem inferre cogitent, non de-  
bet patrocinium illorum alius suscipere, & injustam rebel-  
lionis causam promoveri. At si Proceres Imperii, qui par-  
tem potestatis obtinent, contra Magistratum suum ordina-  
rium, qui reciproco juramento in certa quædam capita  
præstito ipsis obstrictus est, ac nihilominus fidem pacis & se-  
curitatis publicæ datam violat, se defendere cogitant & vi-  
cini Magistratus opem implorant, defensio eorum legiti-  
mè suscipi, & auxilia ipsis præstari posse, haut immeritò vi-  
deri posset. Pia hæc sanè & vere Theologopolitica est sententia;  
Eoq; jure utimur. quò faciunt, quæ habet Reinkingk lib. 2. de reg.  
secut. el. 3. c. 2. num. 17. Quamvis absolutè & absque distin-  
ctione pro affirmativa hujus quæstionis perquam multos sta-  
re dicat Dn. Besold. dissertat. philolog. de arte jureq; belli, cap. 5.  
num. 6. sub fin. ibi: An verò subditor adversus Principem &c.*

Quod



Quod insuper *Autonomus* calumniator pessimus supradictus  
Et loco adducit von heimlichen Predicanten/ (*ut ipse loquitur*)  
Trostschrifften vnd Vermahnungen; Ei commodum regeri  
potest, quod jam olim ad Pontificiorum gravamina *an. 94. in*  
*Comitiis Ratisbonensibus* Cæsareæ Majestati oblata à Protestan-  
tibus super hoc puncto responsum fuit: Da sie (Pontificii)  
vermeinen/ es sey darin gesündigt/ wann ein Christ den andern/  
der seiner Religion vnd Gewissens halben angefochten vnd be-  
drenget wird/ tröstet/ zur beständigen beharrung erkantter War-  
heit ermahnet/ das will man sich bey ihnen nicht befahren/ Sie  
wollen dann zugleich Christi vnsers Herren vnd seiner Apostel  
befehlich auch für Sünde vnd Unrecht halten. Neq; in  
hoc patrocinator *Autonomo* verbum Abpracticiren/ in hoc *s. n.*  
*positum*; Illud namq; talem extensionem verbo divino con-  
trariam non recipit; quasi sacerdos Evangelicus Pontificiæ  
religionis subditum in agnitione veritatis orthodoxæ confir-  
mare atq; infirmos & titubantes fulcro cœlestis veritatis eri-  
gere nequeat; Sed potius hoc vult ac denotat: Ministros  
Ecclesiæ aut quosvis alios, adversæ religioni adhærentes ver-  
borum illecebris, munusculorum promissionibus, aliisve si-  
milib; strophis, Jesuitarum propriis, inescare atq; in suas par-  
tes pertrahere minimè debere. *uti interpretatur Syring. de pac.*  
*relig. 0. 26.* Atq; hanc etiam ipsius Caroli mentem fuisse, vi-  
deo in Ipsius Declaratione, Ober etliche Artickel des Reichs-  
Abschieds zu Regenspurg *an. 1541.* den Protestirenden gegeben;  
*apud Goldast. in Reichssetzung/ ad an. 1541. pag. 237.* cum enim  
in dicto *Recessu* s. Vnd damit/ *in fin.* æquè prohibitum esset;  
*Ne Protestantes alterius religionis Status seu subditos ad se pertrahere-*  
*rent.* idq; verbo, bewegen/ exprimeretur, daß sie niemand zu  
sich dringen oder bewegen solten/ Sed verbum illud aliquantò  
obscurius ac latius esset, ut etiam necessariam simpliciorum  
informationem excludere videretur. Ideoq; Cæsar ad in-  
stantiam Protestantium verbum bewegen/ declaravit his ver-  
bis: Zum Bierdren/ da der Abscheid meldet/ daß die der Aug-  
spurgischen Confession verwandt/ niemand zu sich dringen oder



migrandi necessitate iniquissimè urgeri, quorum res familiaris discessum maxima sine patrimonii jactura vix patiatur.

Posterius affirmant usq; confirmant Scriptores Pontificii, quorum antesignani sunt Autor *Autonomiæ part. 1. cap. 8. & part. 3. c. 27, 29, 32.* &, qui in illius verba jurant, Dillingenses *Jcti de compos. pac. in presat. in pr. §. norunt & seqq.* Ego quid sentiam in discursu explicabo.

Cæterum, quod Dn. Hortleder. *tom. 1. de caus. bell. Germ. lib. 4. c. 48. num. 30. in fin. §. Die Bürger/* ibiq; in notis monet: Ad interpretationem celebris hujus §. *Wo aber/* observandum esse, quid Germanis nobis sit, *servum esse, sive mancipium, Zeibeigen seyn?* Id propriè pertinet ad dictam hujus §. clausulam *doch soll &c.* De cujus sententia etiam Dillingensibus fortè non satis cum aliis convenit *in c. 6. de compos. pac. q. 33. num. 19.*

Primò itaq; sciendum est, quod Tacit. *de morib. German.* refert: *Germaniam veros servos nunquam habuisse;* Seu quod *Zasius lib. 1. sing. respons. c. 3. n. 76. & seqq.* scribit: *Veram Romanorum & Gentium servitutum Germaniam nunquam vidisse:* Quo nomine meritò *JEHOVÆ* justitiæ nostræ gratias agimus. *Gædd. de contrah. stipul. c. 7. n. 76.* Atq; hinc hodieq; servi Germanorum moderni, quos vulgò *Zeibeigene Zeute* proprios homines vocamus, à veris servis multipliciter differunt, cum variis Juris Civilis privilegiis æquè ac liberi gaudeant. *Besold. 1. pol. 10. num. 58. & de tribus domestic. societ. speciebus discurs. 1. c. 6. num. 1. ubiq; remissive.* Inde q; orta differentia *der Zeibeigenschaft & Knechtschaft /* de qua vide *Sebastian. Francken Kenser Chronick pag. 241.* Et quamvis Doctorum alii hosce *Zeibeigene /* adscriptitiis annumerent; Alii colonis; Alii libertis; Tamen in omnibus & per omnia, neq; servi, neq; adscriptitii, neq; coloni, neq; capite censi, neq; liberti, neq; statu liberi sunt, sed novam quandam speciem faciunt de omnium illorum natura ac conditione aliquid participantem *Zas. lib. 2. sing. resp. c. 7. n. 8. VVehner. pract. Obs. verb. Zeibeigenschaft.* Unde à *VVesenbec. cons. 18. num. 27.* Halbeigen nominantur, idq;



idq; rectius ( *Judice VVebnero d. l.* ) quàm *Leibeigen*; etsi ita  
communiter, *Gail. de pignoration. Obs. 8. num. 1.*

Quapropter *Leibeigen* seu / Germanis est, ( *secundum  
Hortlederum d. lib. 4. c. 48. num. 30.* ) corpore bonisve, sine superio-  
ris consensu, aliò emigrare non posse. Unde se legisse addit *Dn.  
Hortleder. d. l.* in quibusdam literis testimonialibus, quas Se-  
natus *Nurtinganus* foeminae cui dam de legitima nativitate  
dederat *ii Maji anno 1607.* hæc verba: So ist sie auch vermög  
des Fürstenthumbs / *Wirttemberg* freyheit / der Servittut der  
*Leibeigenschafft* in alle wege frey ledig vnd los / also daß sie mit  
ihrem Leib / haab vnd gutt / wol anderer örter hynziehen / schutz /  
schirm / Bürger / Stadt vnd Marckt Recht suchen kan / &c. E-  
nimverò licet hæc descriptio vera sit, vix tamen perpetua e-  
rit; Eo quod hominum propriorum der *Leibeigenen* Leute in  
*Germania* non sit eadem ubiq; conditio: *Zasius d. l. Cothman  
cons. 42. num. 19. & 24. VVehner. d. l. verbo Leibeigenschafft in  
pr. & Besold. thes. pract. verb. Leibeigene Leute / pag. 508. & alii  
præ alius meliore ( ut præsertim in Ducatu *Wurtembergico* )  
vel deteriore ( ut in *Westphalia & Svevia* ) habentur loco.  
VVehner. & Besold. d. l. Alibi enim rustici vel homines  
proprii ex more regionis non sibi sed dominis, adeòq; preca-  
riò bona censitica possident, atq; inde pro arbitrio Domino-  
rum, quantumvis 30, 40, vel 50 annis continuis uniformem  
canonem solverint, expelli possunt, ut fit in *Marchia*, quam  
consuetudinem etiam in contradictorio obtinuisse ait *Coth-  
man. d. cons. 42. num. 64.* Aliis in locis sunt glebæ ascripti  
mancipiorum instar, vulgo *Hübner* vocati oder die begünet sein  
von einem Kloster / qui nec servi sunt, nec omnino ingenui,  
sed cum deterior sit eorum conditio, eò quòd cogantur per-  
petuò ipsi & eorum liberi adhærere fundo, existimantur pars  
fundi esse, & ideò inter immobilia numerantur, *Mindanus lib.  
2. de mandat. c. 67. num. 8. in fin. VVehner. d. l.* Contra in  
nonnullis locis præsertim in Ducatu *Wurtembergico*, *Leibeig-  
ne* sunt melioris conditionis, qui non secus atq; reliqui non  
proprii liberrimam bonorum suorum administrationem ha-  
beat,*

F

beat,



bent; atq; ut defuncti quodammodo videantur fuisse proprii, verè tamen fuerunt liberi, id est, re ipsa liberi, verbo tenus proprii, quæ libertas ipsorum etiam ipsis defunctis ex eo factis apparet, quod ex testamento & ab intestato successores habeant, perinde atq; illi, qui proprii non sunt, ausgenommen des Hauptfalls. *Besold. thes. pract. verb. Leibeigne.* Quæ omnia usu magis in singulis locis observari quàm in scholis disci possunt, ut post *Vultejum loquitur Besold. d. l.*

Atq; ita hodie sunt duplices servi: Alii so zu alltäglichen Diensten gefessen/ & territorio quasi adscripti; Alii liberrimæ conditionis, so eine Leibhenne vnd Hauptfall geben/ ac etiam extra jurisdictionem Domini habitare possunt. *Besold. de trib. domestic. societ. speciebus. discurs. 1. c. 6. num. 4. sub fin.* Et de hisce posterioribus latè & pulchrè *Gail. de pignorat. Obs. 8. Mindanus de process. cap. 38. num. 12. Autor decis. Cameral. verb. Pignorationum requisitum primum pag. 260. §. Edellmans/Rudinger singular. Observat. centur. 3. Obs. 45. num. 2. VVehner pract. Obs. verb. Leieigenschaft/ §. fin.*

Atque sic tandem pro intellectu s. nostri *Wo aber &c. concludo verbis Dn. Besoldi thesaur. pract. verb. Leibeigne Leute/ in fine pag. 510. & seqq.* Ob wol sonst ein Leibeigner Unterthan ohne wissen seines Halsherrn vnd hohen Obrigkeit sich mit Leib vñ gut nicht verendern kan/ so ist doch, aller örten der brauch/ daß gegen erstattung des Abzugs vnd Leibeigenschaft/ die Unterthanen sich hinweg zu begeben nicht verhindert werden. Idq; putarem vel hoc ipso s. n. non obscure probari, ubi tam liberis quàm mancipiis omnibus indistinctè vnverhindert mániglichs/ religionis causa emigrare volentibus gegen zimlichen billichen abtrag der Leibeigenschaft vnd nachsteuer/ impedimentum fieri interdicitur.

Hoc verò manumissionis precium, quod *pacificatio nostra* ex æquo & bono & consuetudine loci determinandum relinquit, communiter est quinta pars bonorum. *Besold. d. l. verb. Leibeigne Leute/ pag. 510. ubi ait:* Einer/ so sich der Leibeigenschaft los kauft/ gibt gewöhnlich den fünfften pfenning seines



nes Vermögens. Manumitti possunt, inquit VVehner. d. l. verb. Leibeigenschaft pag. 475. per pecuniæ redemptionem, eoq; non exiguo, si divites manumittantur: Majori tamen mulieres, propter proventum prolis, quam viri. (De emancipationis pretio pro manumissione filii, vide §. 2. l. per quas person. nob. acq. l. 1. §. 3. ff. si à parent. quis manum. l. utrum. 107. de V. O. l. 6. §. 3. C. de bon. liber.)

Veruntamen, etsi hæc discedendi vel emigrandi libertas prædicta consuetudine & constitutione, mancipiis modernis den Leibeignen Leuten competat, doch stehet der Obrigkeit frey/ die Leibeigenschaft ihme zu reserviren/ inquit Dn. Befold. d. l. verb. Leibeigne/ additq;: Welches denn dem Religionfrieden de anno 1555. §. Wo aber unsere &c. gemäs ist/ Et ita in arbitrio est Domini territorialis vel vendere vel reservare proprietatem: Wann nun eine hohe Obrigkeit die Leibeigenschaft reservirt, muß solcher Leibeigne/ wann er gleich in einer Stadt wohnet/ nichts desto weniger seine Leibhenne vnd andere Jura seinem Hals Herrn erstatten/ non vigore jurisdictionis, quã jam liberatus est, sed servitutis & eorum quæ ex ea de consuetudine oriuntur. Dann die gemeine regul. Es flucht keine Henne vber die Mawren; nuhmehr nicht passirt werden will. Inmassen in dem Herzogthumb Würtemberg/ darwieder erst vor wenig Jahren ein general Befehlich ergangen. hactenus Befoldus, qui tamen de prædicto proverbio: Es flucht keine Henne &c. contrarium refert in discurs. de trib. domest. societ. spec. c. 6. n. 3. in fin.

Ex his igitur constat sæpèdictam hujus paragraphi clausulam: (doch sol den Obrigkeiten an ihren Gerechtigkeiten vnd herkommen der Leibeigen halben dieselbe ledig zu zehlen: oder nicht/ heidurch nicht abgebrochen sein) de libera proprietatis reservatione exaudiendam esse, quasi dicat: Veruntamen Magistratibus seu dominis quoad jura & consuetudines emigrantia mancipia manumittendi, seu (quod idem est) in abeuntibus proprietatem sibi reservandi vel non, per hoc nihil derogatum sit.

At Dillingenses Jcti, quò magis saluberrimum emi-



grationis beneficium evacuent aut saltem constringant, su-  
amq; conscientiarum carnificinam promoveant atq; ampli-  
ent, clausulam hanc doch sollen &c. de dimissione & abeundi  
licentia interpretandam volunt: Ita sc: Si consuetudo sit, ut  
Dominus mancipium Leibeigne dimittere debeat, ubi pre-  
tium redemptionis solverit, tum detineri non debere. Sin  
verò contraria consuetudo sit, ut servos discedere volentes  
dimittere non teneatur, tum neq; huic consuetudini per pa-  
cem Religionis quicquam derogatum esse proindeq; homi-  
nes timore ac pœnis ad Religionis exercitia compellendos es-  
se; Id enim Catholicos Doctores ut justum & legitimum  
approbare.

Sanè violenta ac dura nimis hæc interpretatio atq; con-  
versio videtur. At talem detorsionem nec mens nec verba  
constitutionis patiuntur, ut partim supra demonstratum fuit,  
atq; insuper verba illa, ledig zuzehlen oder nicht/ luculenter e-  
vincunt. Præterquam enim quòd verba Ledig zehlen & Le-  
digzehlung communiter & propriè ipsam manumissionem &  
proprietas remissionem denotent, atq; synonyma sint Ledigze-  
hlung & erlassung der Leibeigenschaft. Adam Keller de offic. Ju-  
ridico polit. lib. 2. c. 10. in fin. §. Hinc opera. pag. 360. V. Vekner pract.  
Obs. verb. Leibeigenschaft in fin. Ita etiam in terminis dicta  
verba paragraphi nostri per verbum manumissionis interpreta-  
tur Petr. Denais. (cujus versionem Dillingenses sapius se-  
quuntur) in jur. Camer. tit. 216. rubr. Pacis religionis constitutio,  
num. 20. Quin & ipsi Dillingenses in latina sua versione Pa-  
cificationis, appendici de Composit. pac. sub lit. 1. inserta, pag. 53.  
num. 10. ita reddunt: mancipia libera pronuntiandi nec ne &c.  
quæ sanè non de nuda dimissione ex uno territorio in aliud,  
sed ipsa manumissione, quæ libertatem verè tribuit, exaudiri  
possunt.

Cæterùm animus quoq; hîc erat videre de cavillo, quod  
Dillingenses ead. quest. 33. num. 12. Protestantibus eorumq;  
Theologis faciunt dum inquirunt: Hanc Emigrandi faculta-  
tem non satis congruere cum Lutheranorum pronuntiato: Conscien-  
tiam



tiam ac voluntatem in religionis negotio liberam esse, nec cogi posse.  
Nam ipsos & falsum dicere & professioni sua contrarium ipsosmet  
facere; magnam siquidem coactionem esse; si qui bonis suis derelictis  
alio migrare cogatur &c. Sed quia jam dum præter opinionem  
hic prolixior fuerim, saltem remissum volo ad supracitatum  
in princ huius § Protestantium scriptum, quòd satis ostendit;  
Emigrationis beneficium magis in subditorum Catholico-  
rum Principum quam Evangelicorum gratiam & favorem  
introducendum esse; quibus ita etiam melius consultum fuit,  
quam si gladios & ignes ac crudelissimas direptiones experiri  
dabuissent, siquidem pœna corporalis etiam minima, gravior  
est quacunque pecuniaria etiam maxima l. 10. § 2. in fin. ff. de  
penis Coler. part. 2. de proces. exac. c. 3. num. 101. Nolden. de nobilit.  
c. 15. num. 26. & 60. Et quis nolit ex duobus malis eligere quod  
minus est c. duo mala, 13. distinct. Quod J. C. Modestinus etiã  
in l. 200. de R. I. respondit: Quoties, inquit, nihil sine captione in-  
vestigari potest, eligendum est, quod minimum habet iniquitatis. Ta-  
ceo ineprè his de coactione objici, qui omnem violentiam &  
necessitatem ab isthoc emigrationis beneficio exulare ju-  
bent, quos supra adduximus. Sed de his satis.

### Ad §. Vnd nach dem eine vergleichung. 13

verb. ein beständiger beharrlicher vnbedingter  
ewigwerender fried.

Pulcherrimum extat scriptum apud Hortleder. tom. 1. de bel.  
Germ. lib. 1. c. 35. quod in hunc § n. & alia non pauca hujus Paci-  
ficationis loca commentarii doctissimi vice futurum monet  
Ampliss. Dn. Hortled. ibidem in notis ad rubr.

Cæterum hic § maximè omnium Jesuitis eorumq; com-  
plicibus quasi sudes in oculis est, pro quo eludendo multi  
multa veteratoriè commenti sunt. Cum primis verò pleriq;  
duce & ductore potissimum Francisco Burghardo Autono-  
mio. Autore, part. 1. c. 4. & part. 2. c. 1. inculcant anile illud:  
Pacem religionis non nisi moratorium, tolerantiam ac dilatio-



*nem esse, ad usque Concillum Tridentinum; atque semper sub modo & termino, nunquam simpliciter concessam, istum verò modum & terminum in Concilio Tridentino exiisse, & nunc sic eam sublatam esse. Id quod his ipsis verbis scribere non verentur Joh. Paul. Vindeck de heres. extirpand. Mart. Becanus disput. de fide heret. servand. c. 10. n. 14. pag. 202. Nec hodieq; (quod mireris) desunt, qui cramben istam putidam & foetidam, adeò ut complures etiam Catholicorum eam respuant & nauseent, recoquere non erubescant. Quorum omnium tamen nimiam vanitatem & stoliditatem jampridem toti mundo exposuerunt, atque exploserunt, Reverendis. Auctores pupill. Evangel. quest. 1. pag. 330. ejusdemq; Apologiae sive Hauptvertheidigung c. 12. Joh. Gerhard. Patronus & Affinis mens honorandus de Magistr. polit. §. 202. Arume. de Comit. c. 8. n. 9. & seqq. Norderman. de jur. principat. §. 27. Syring. de pac. relig. §. 49. lit. E. seu Springer. c. 13. Cranius de pac. relig. part. 2. probl. 4. Besold. el. 2. disp. 1. §. 41. & lib. 2. pol. 1. n. 41. Petr. Leopold. ad constit. pacific. relig. apud Arume. volum. 1. disc. 24. quest. 1. Magnif. Dn. Bernh. Bertram de pac. relig. data, apud Arum. vol. 1. disc. 25. §. 89. & seqq. Joh. Muterus apud eund. vol. 2. disc. 11. quest. 2. Carpzov. de capitulatio Caesar. c. 3. n. 24. Haenon. disp. pol. §. 43. Hensler. de cura Magistr. relig. §. 11. & 12. Limneus lib. 1. de jur. publ. c. 13. n. 29. In tantum, ut ipse etiam Gloriosissimus sanctissimæ recordationis Imperator Rudolphus II. fuites istas adversariorum ineptias anno 1590. publicè improbaverit atque damnarit in responso ad trium Electorum politicorum gravamina; cujus verba Caspar Lundorp. tom. 2. actor. publ. l. 1. tract. 4. num. 3. p. 53. sic refert:*

So viel anfänglich die steiffe vnd gleichmässige haltung des Religionfriedens belanget/ das sein Ihr Keyf. Maiestet je vnd allwege der endtlichen beständigen meinung gewesen/ vnd noch/ das solcher mit so grosser mühe vnd kosten außgerichtet er vnd offtermals widerholter vnd bestättiger frieden in allen seinen Puncten/ Clauseln vnd begreiffungen/ wie er anno 55. zu Augspurg verfasset/ bey Fürstlichen ehren and wülden/ im Wort der

Warheit



Warheit/ auch bey Treu und Glauben zu halten versprochen vnd  
bethewrt worden ist / alles theils auffrichtig/ steiff vnd vnver-  
brüchlich solle gehalten werden / daran sol Ihre Majestät jr-  
ren/ was etwa dargegen hinwider in scholasticis oder Poli-  
ticis concertationibus & potestate Statuentium & *duratione*  
*perpetua aut temporali* solches friedens / oder desselben anfangs  
vnd herkommens/ etwas hitziger oder vnbescheidener/ als ihre  
Majestet gern sehen möchten/disputirt werde/Sintemal das al-  
les durch den klaren vnd lautern context vnd Buchstaben be-  
rührter Constitution gnugsam abgeleyhet/ vnd lauter statuiert  
wird: daß dieses ein ewiger vnd immerwehrender Frieden  
sein sol.

Videant ergo adversarii, quā fronte divino huic sacræ  
Cæsar. Majestatis effato temerè oblatrare non erubescant,  
quave conscientia adversus veritatem & (quod dicitur) solem  
loqui nondum desinant. Verissima sanè in tale hominum  
genus sententia dicta est in *Apologia pupille Evangel. c. 12. p. 47. §.*  
Vnd ob es/in fin. ubi ita: Vnd ist gewiß keine redliche Ader noch  
Blutstropffen in denen Leuten/die so vermessen sein / vnd fürge-  
ben düaffen/ als ob der Religions Frieden/ durch das Páb-  
stische Tridentische Concilium ein loch gewonnen hette.  
Sed nisi fallor, & Dillingenses Jctos harum ineptiarum ferè  
puduisse videtur, quod earum patrocinium non susceperint.  
Qui tamen ne intactos omninò Status Protestantes hic dimit-  
terent, suisque defuisse viderentur, alia viâ Ipsos atque etiam  
hunc § nostrum aggrediuntur & vellicant. Scilicet dicunt  
clausulam hujus §. ibi wie dann solche vergleichung &c. ubi de  
*duratione pacis eterna sancitur*, ad jugem & seriam solummodo  
Protestantium principum instautiam paragrapho adjectum  
fuisse, Carolum verò Cæsarem & Ferdinandum Regem cæte-  
rosq; Catholicos, temporalem pacem exigentes, eam omit-  
tendam voluisse, donec tandem etiam in hoc puncto Prote-  
stantibus delatum fuerit. Verùm non satis apertè hic rem a-  
gunt Dillingenses. Esto, Carolum Imperatorem & Ferdinan-  
dum Regem pacem temporaneam voluisse quidem seu potius  
optasse,



optasse, ac non ita tamen, ut de ea non aliter constituenda quicquam Statibus vel præscriberent vel injungerent. Quia-  
potius Ferdinandus Rex, quod in propositione sua (*quam pro se facere putant Dillingenses*) de concilio generali & nationali itemq; colloquio adduxerat, saltem in Principum & Statuum arbitrium conferebat, si scilicet ipsi sic expedire judicarent; si quid tamen ipsi magis aptum haberent atque expeditum, licere ut id in medium adducant.

Idem etiam de resolutione Ferdinandi, quam urgent, iudicium esto; Ibi namque in § die vbrigen apertè testatur; se reliquos omnes, excepto unico illo wo aber der Kayser / articulos approbare, in iisque etiam hunc nostrum § vud nach dem in vergleichung / &c. nisi quod saltem in eo clausulam illam wann dann &c. omittendam existimet ac consultius ducat; eò quod hinc forte alterutra pars vel ex utriq; nonnulli Status contentiosiores & minus pacifici, facile causam pertinaciter in schismate persistendi arripere possint, & vel eo minus per colloquia vel concilia tam generalia quàm nationalia in viam se reduci patiantur. Attamen postea Ferdinandus Rex, auditis Principum Protestantium rationibus, melius edoctus, nihil quicquam repugnavit; Quinetiā Moguntinus Elector in eam quoq; Protestantium sententiam conscendit. Id quod ex Archivis Electoralibus Saxonis evidenter probatum dederunt Reverendiss. Autores Apologie pupille Evangelicæ c. 12. in princ. Quorum verba meritò huc transcribo: Aus den Protocollen vnd Acten des Reichsrags anno 1555. Wie solche in dem Chur Sächsischen Archiven richtig vorhanden sein / befindet sich zwar, daß die Papisten wenig lust zu einem vngedingten vnd ewigwerenden Frieden gehabt haben: Hätten auch eines theils lieber gesehen / daß der Passawische vertrag ganz were wider umbgestossen worden. Die Evangelische Churfürsten vnd Stände haben ganz von keinem bedingten / oder nur auff eine anzahl Jahr gerichteten Religionsfrieden hören wollen: vngeachtet der Cardinal Moronus, die Geistlichen Reichstände ihrer Pflicht gegen dem Römischen Pappi hart erinnert hat / Daher fast in allen Sessio-  
nibus,



nibus, die wegen des Religionsfriedens gehalten waren / der immerwährende Friede von den Evangelischen begehret würde. Alle resolutionen der abwesenden Chur- und Fürsten an ihre Botschafften giengen dahin : vnd demnach gleichwol Chur Maintz auch dahin geneigt war / vnd König Ferdinandus / in seiner erklärang Persönlich gesagt / Er sey zu frieden / daß der Religion Fried ein ewiger Fried genennet werde. Es haben auch Ihre Königl. Majestät gesagt : Jene Reichs Abschiede / wegen der Religion / sein temporal : dieser aber ewig wie die Reichs Acta im Churfürstlichen Archiv / mit so vielen worten bezeugen. So ist da auff ein gantz vndingter / für vnd für / vnd immerwährender Fried beschlossen worden.

*Ad §. Vnd in solchem Friede / &c. 14*

*De hujus § interpretatione variè inter Catholicos & Evangelicos Camerae assessores disceptatum fuit. Aliis ipsum dubium dicentibus Gylman Symphor. Tom. 1. part. 1. vet. 3. pag. 240. num. 21. § Et quamvis ; Aliis verba tam clara esse quam clarus splendor solis, cum purum est coelum, affirmantibus Gylman. dict. Loc. pag. 211 num 1. Κεivόμενον hoc est: Utrum Nobiles immediati vulgo die freye Ritterschafft / in Francken / Schwaben vnd Rheinland Etiam quoad bona & subditos ipsorum pace religionis comprehensifint ? Litem hanc potissimum Franco-nicae Nobilitati ab Episcopis Herbi-polensibus motam fuisse ex Gylmanno satis colligere datur ; Eamq; litem hodieq; vivere apparet ex isto Episcopi Würzburgensis responso, de dato Würzburg den 11. Julii An. 1528. quod extat ap. Besold. thes. pract. verb. Reichs Standt pag. 659. Ubi inter alia sic habetur : können ihre Fürsil. Gn. aus denselben (Religionsfrieden) auch zumahl nicht ermessen / welcher Endts doch / vnd in was denselbigen worten die von der Ritterschafft den Ständen des Reichs allerdings æquipariert vnd gleich gemacht.*

*Hatten auch darfür gantzlich gehalten / ermeldte von der Ritterschafft in ihrem deswegen gehalten Rathleichlich befunden haben solten / Alldieweil sie (ob wol ohne grund) vermeinen wöllen /*

G

wöllen /



wollen/ Seine Fürstl. Gn. ihren Vogtbaren in deroselben Diocel. auch Geist. vnd Landsfürstlichen Obrigkeit (dann die zentbarliche bey diesen reformationis fällen nichts zu thun) Gefessenen Vnterthanen nichts zubefehlen/ daß ihnen/ als Sein Fürstl. Gn. mehrentheils Lehenleuten/ viel weniger gebühren wollen/ &c. Et post pauca, wollen sie auch die gedachte von der Ritterschafft erinnert haben/ die hohe gedanken von purification vnd gleichheit der Reichs Ständ fallen zu lassen / vnd sich in den terminis der Wort vnd Verstandis des Religionfriedens / vber welches noch niemand aus ihnen beschweret worden/zubetragen/ &c.

Atque in hanc negativam sententiam transeunt quoq; Dillingenses tract. de comp. pac. his moti argumentis: 1. quia Nobiles non sint Status, Atqui Statibus tantum etiam quoad subditos jus reformandi competere c. 6. q. 40. n. 82. 2. quod in § vnd in solchen / subditorum non fiat mentio. d. c. 6. q. 40. n. 81. & 82. & c. 10. q. 66. num. 55. 3. quod ista reformatio eedat in præjudicium principis Catholici, in cuius territorio Nobiles pagos habeant, ipsius enim subditos sic facile perverti posse. Etsi alia ratio sit, inquit, de Catholicis Nobilibus in Evangelicorum Principum territoriis habitantibus, qui suos subditos nihilominus ad Catholicam fidem cogere possent. d. q. 40 n. 82. §. alterum. 4. Si nobilibus ea libertas concessa fuisset, majori id disputatione & declaratione indignis, cum magna sit varietas pagorum quæ nobiles; alioquin personaliter Cæsaris immediati, possident. d. q. 66. n. 56. 5. Satis fit quoad ipsorum personas iis libertatem datam esse, cum alii in Catholici Principis regione habitantes, nec Ipsius religioni se accommodantes migrare teneantur. d. q. 66. in fin.

Pro contraria æquiori & veriori sententiâ stant sequentia. I. Cum de Statibus immediatis loqueretur Pacificatio Relig. ideo in Nobilibus Imperii der Freyen Reichs Ritterschafft/ singulari decisione opus fuit. Magnif. Dn. Engelbrecht de jurid. Imper. § 132. Petebant autem Protestantes autonomiam primo generaliter Nobilibus denen von der Ritterschafft



schaft/ Ansee vnd anderen Städten / ut æquè ac reliqui Status  
allermassen vnd gestalt wie andere Stände / pace comprehen-  
derentur; huic postulato prima vice omnino abnuebat Fer-  
dinandus Rex cum Catholicis; tandem tamen ad Protestan-  
tium instantiam quoad Nobiles saltem immediatos petiti-  
oni consensit; referente Burghardo in Auton. part. 1. c. 0. in princ.  
& seqq ubi pag. 87. subdit. Auff diese der Stände duplic haben es  
die Kays. Majest. so viel die Vnterthanen Hansee vnd andere  
Städte so nicht Reichstädte sein / belanget / bey ihrer neheren  
erklärung beruhen lassen. Der Freyen Ritterschafft halben a-  
ber / welche ohne mittel ihre Key. May. vnd dem Reich zuge-  
chan / bewilligt / daß dieselben im Religionfrieden auch solten be-  
begriffen sein / vber das alles sie ein Concept des Religionfrie-  
dens von neuem verfasst / vnd den Ständen den 8. Septembris  
Anno 1555. zugestellt / dabey es auch nachmahls allertheils ge-  
lassen &c.

Hic ergò consensus illimitatus meritò libello seu peti-  
tioni ( daß sie allermassen vnd gestalt wie andere Stände in die-  
sem Friede begrieffen sein sollen / ut ipsa etiam Ferdinandi re-  
solutio habet ) conformiter intelligenda est, cum contrari-  
um non expressum sit. Qui ergò Dillingenses d. c. 6. q. 40. n. 82.  
& alterum tam confidenter affirmare poterunt quòd hujus rei  
sive consensus, neque in Actis eorum comitiorum neque in  
Recessu ullum vestigium appareat. II. Idem etiam singula  
ferè verba ipsius recessus, in d. §. vnd in solchen / evincunt; cum  
primis verò in hoc ponderanda verb. in solchem Frieden &  
verb. auch / gemminatum, & verb. Also vnd der gestalt daß  
Sie auch &c. quæ omnia sunt implicativa ad ea cuncta quæ  
antea de cæteris Statibus sancita erant Gylman. Symphor. Tom. 1.  
part. 1. pag. 216. num. 15. Petrus Leopold. apud Arum. vol. 1. disc.  
24. quest. fin. Ideoq; dispositio relata cum omnibus suis quali-  
tatibus inest in dispositione referente & contra L. asse toto ff.  
de hered. institut. cum simill. Gylm. d. 1. part. 1. pag. 48. num. 9.  
idemque vi hujus voculæ Auch ( quod sui natura identitatem  
vel similitudinem cum præcedentibus implicet. H. Pist. l. 2.



biles parùm probat. Præterquam enim quòd *Autor decis.*  
*Cam in verb.* Nobilitas §. 2. notandum dicat: *singulariter*  
*in favorem Nobilium* habe man die Städte vnd Ritterschafft in  
constitutione pacis religionis nicht Stände nennen wollen/  
*quia multe civitates sint, que Status non sunt, sed tamen per modum*  
*privilegii exemptæ; Ita etiam multi sint nobiles qui sunt Landsas-*  
*sen/ tamen ratione aliquorum bonorum privilegiati sunt, que dicun-*  
*tur Sattelgüter. Et ratione illorum bonorum sint æque des Reichs*  
*Constitution fähig als andere. Ita Marfeld in dem Stifft Mün-*  
*ster/ Steinheim/ vnd Pruncht; Item Fortun in ducatu Cli-*  
*vensi, da sonst lauter Landsassen sein/ ratione der Herrschafft*  
*Witten vnd Königeldeng sunt specialiter privilegiati. Et ratio-*  
*ne eorum bonorum eis processus decreti &c. Reliqui autem nobiles*  
*& civitates nihilominus sint Status; Itaq; immediatè subjectum*  
*esse, latius pateat, quàm Statum esse, & includat nobiles & Civi-*  
*tates, Status immediate subjectos.* Nos insuper sic respon-  
debimus: Nobiles in religionis pace comprehendendi, habito  
saltem respectu ad immedietatis qualitatem: Status sint vel  
minùs, quoad hoc nihil referre; Statibus tamen quoad Re-  
ligionsfrieden omnino æquatos esse, *Gylman. symphor. d. I pag.*  
*237. n. 11* Nam nec attenta ista dubitandi ratione; *Nobiles*  
*nec Status nec Comitiorum participes esse,* (quam ipsi quoq; Sta-  
tus Evangelici in responsione sua ad Regis Ferdinandi repli-  
cam, anno 1555. die 6. Septemb. Augusta data, in §. sie wollen aber/  
*&c. ap. Aut. Auton. p. 1. c. 6. pag. 87. agnoscebant*) nihilominus  
tamen, weil sie doch den gemeinen Reichs Constitutionen un-  
terworffen / daß derwegen Sie sich auch billich des gemeinen  
friedens gleich andern zuerfrewen haben solten / jus fasq; es-  
se, fusius in dicta responsione demonstrarunt, ac tandem à Fer-  
dinando Rege obtinuerunt Protestantes: *Aut. Auton. d. I.*

Ad alterum argumentum potissimùm in vocula (Sie)  
dicti §. in solchen/ *ubi nec territorii nec subditorum mentio fit, fun-*  
*datum, jam olim responsum fuit apud Gylman. pag. 210. num. 17.*  
*Reip. (inquit) nihil opus fuisse mentionem hic fieri rerum inanima-*  
*tarum, que utiq; nullam religionem habent, nec libertatem aliquam*  
deside-



*desiderant.* Ad nobilium verò subditos quod attinet, instam-  
tiam dat idem Assessor apud Gylm. d. l. per præcedentem §.  
dagegen/ & §. aber der jenigen halben &c. in R. A. zu Spener/  
an. 44. ubi voculum *Sie* non personale tantum, sed etiam de  
rebus & bonis intelligendam esse arguit. Verùm nos ita exi-  
stimamus: Expressum aliquid dici, quod verbis æquipollen-  
tibus innuitur, quodq; tacitè inest, & mente legis continetur.  
Everhard. in Topic loco, ab *Æquipollent.* latè Gail. 1. O. 2. n. 3. &  
seqq. ubi in terminis hujus constitutionis agit, & tandè n. 7. pro  
regula observandum, dicit: *Quando lex vel Statutum requirit,*  
*aliquid expressè fieri, quod tunc verba generalia, ex quibus neces-*  
*sariò illud inferatur, sufficiant.* Atqui æquipollentia hujusmo-  
di verba jam suprâ in nostris decidendi rationibus indicavi-  
mus. Et bene huc facit, quòd apud Gylman. d. l. pag. 236. n. 9.  
§. D. F. *Nobiles*, & alius quidam Camerae Assessor respondit:  
*Quod in hoc §. Und in solchen/ non denuò specialis bonorum & sub-*  
*ditorum mentio fiat, ideò factum, ne idem sæpius repetatur.* Ut  
hinc parum obstet, quod Dilling. c. 6. q. 40. num. 82. addunt:  
*facile fuisse, voculam, qua etiam subditi significarentur, adjecisse &c.*  
Id siquidem non opus fuit, cum ex aliis æquipollentibus, mens  
constitutionis satis constaret; Quinpotius, si speciale quid  
in Nobilibus servari debuisset, & facile & necesse fuisset, ex-  
pressius & vel per unam voculam verbo (*Sie*) additam, (pu-  
ta, *Sie für Ihre person*) indicasse.

III. Nullum hic Catholicorum præjudicium vertitur, vel si  
quod modicum esset, non curaret publica hæc Statuum trans-  
actio; Maximè cum nulla aliàs etiam transactio fiat, nisi da-  
to aliquo & aliquo retento. l. 38. C. de transact. Deinde cur  
non idem præjudicium contra Principes & Status Evangeli-  
cos, pagos & oppida exempta in territorio Catholicorum ha-  
bentes allegare poterunt? Deniq; cum Nobiles Catholici  
exempta oppida arces & pagos habentes eâ libertate contra  
Evangelicos Principes utantur, ut volunt Dillingens. d. c. 40. n.  
82. cur non eodem jure Nobiles Evangelici contra Catholi-  
cos utantur? Misera sanè ista Dillingensium diversitatis & spe-  
cialita-



cialitatis ratio est. Et si unquam illud Interpp. *Miserorum*  
*refugium est, dicere: hoc speciale est; locum habet, certè hic*  
*locum inveniet oportunum. Siquidem specialitatem istam*  
*omnino respuit Pacificatio nostra, quæ Evangelicos Catholi-*  
*cis per omnia parificat. Cylman. symph. p. 1. tit. 3. tom. 1. pag.*  
*230. n. 24.*

IV. Nihil difficultatis ista pagorum varietas parit, cum una  
regula per totam Constitutionem hanc fundata, rem omnem  
facile expediat: Quòd sc; *jus reformandi superioritati territo-*  
*riali annexum; Eiusq; sit religio* cujus est regio. In quibus  
pagis ergo seu oppidis Nobiles jura superioritatis habuerint,  
ibi etiam jus religionis habent; In aliis v. ubi illud non ha-  
bent, neq; hoc habebunt. *Autor discurs. de jure reformandi No-*  
*bilibus competente, apud Besold. thes. pr. verb. Freye Reichs Rit-*  
*terschafft / pag. 278. §. Jedoch. Quamvis Nobiles majorem*  
*bonorum partem ab Imperio habeant, R. A. zu Augspurg / an.*  
*1500. rubr. Was man mit den Ritterschafften &c. ibi; Auch*  
*den mehrern theils ihres Gurts haben &c. Atq; ita eorum ra-*  
*tione quoq; liberi censendi sint; Gylman. d. l. pag. 236. num. 2.*  
*& seqq.*

V. Ultimum quod afferunt nimis in liberrimum Equestrem  
Ordinem injuriosum est, cui dignitatem quam ab Imperio  
immediate obtinet, R. A. zu Augspurg an. 1500. rubr. Was  
man mit den Ritterschafften &c. ibi. Von demselben Reich/  
Ihre Ehre und Würde haben / omnino detrahunt; Eumq;  
Principibus Catholicis subditum planè faciunt. At verò,  
quæ hæc consequentia est? Nobilis domicilium (exemptum)  
in Catholici Principis regione habet. Ergò subditus ejus est,  
& subditorum jure censendus; Nonne separata sunt? *In ter-*  
*ritorio esse, & de territorio esse? In eines Fürsten Obrigkeit / &*  
*Unter eines Fürsten Obrigkeit? Hoc, non illud subditum fa-*  
*cit; Atq; exempta, extra territorium esse censentur; Pa-*  
*riaq; sunt, locum esse exemptum, & extra diocesin esse. Dam-*  
*hond. Surd. Petr. de Anchor. Schrad. Knich. Paurmeist. passim. Qui*  
*ergo Emigratio, quæ tantum subditos spectat §. Wo aber / ibi;*  
*Fürsten*



Fürsten vnd Stände Vnterthanen der Alten Religion &c. ad  
*non subditos extendi queat, viderint Dillingenses.*

*Ad S.* Nach dem aber in vielen Frey  
vnd ReichsStädten 2c. 15.

Quanta Civitatum Imperialium, indultu Imperatorum,  
potestas olim circa sacrorum jura fuerit; Ex Imperatoris Si-  
gismundi Reformat. Politic. de anno 1436. cap. 10. rubr. Von dem  
Kitterlichen Statt/ in princ. colligere est, *Ubi sic*: Die Reichs-  
Städte stehen geschrieben (heilig) dann ihnen ward empfohlen  
alles Recht vnd Göttliche seligkeit / vnd war die Christenheit  
durch Sie gesterckt / vnd wurden ihnen Geistliche vnd Welt-  
liche Recht empfohlen / als dem Kanser das Reich: als Sie  
noch heut bey tag / dem H. Reich verbunden seind / bey Eynen  
vnd Ehren zuthun. Et idem ibid. Ihr würdige Reichs Städt-  
te / so man alle Welt rechnet / so seind ihr doch die glieder / die  
an dem Göttlichen Recht nicht weichen sollen. Ihr habt  
ewer Freyheit von der Christenheit: Ihr seind des heiligen  
Glaubens beschürmer / rechte Vögte &c. vide apud Gol-  
dast in Reichssetzung pag. 110. & seqq. & pag. 133. Bertram. de  
Comit. 8. 45. Besold. de jure Imperial. Civit. in immutand. relig. 8. 2.

Contra hodie hoc religionis jus, Civitatibus Imperii ferè de-  
negatū aut nimis restrictū cupiunt, quidam è Pontificiis scri-  
ptoribus. In eoq; omnem movent lapidem Dillingenses Jcti  
in tr. de Compos. pac. c. 6. q. 34. & seqq. Ubi plurimis hinc inde  
conquisitis argumentationibus, religionis libertatē Civitati-  
bus Imperialibus planè detrahunt. Quarum omniū apertam  
vanitatē cum quivis facile intelligat, neq; ea, quā jam distrin-  
gor, temporis angustia iis singulis recensendis sufficiat; Uni-  
cum tantū in quo omnem victoriae spem positam ipsis video,  
adducam. Dicunt, *Nihil omnino per totam Constitutionē de Civi-  
tatibus actum, præterquam in hoc S.* Vnd nach dem &c. *ilbi iis tan-  
tum Civitatibus libertas permissa sit, in quibus An. 1555. utriusq; Reli-  
gionis exercitiū viguit: Aliis ergo, à contrario sensu, in quibus tantum  
Catholica viguit, non permissam esse.* Commodū hic responderi  
potest: Argumentū à contrario sensu non procedere, ubi &  
*lex, & observantia legis* interpretes, expressè in contrariū stent.

H

Ever-



*Everhard. in Top. loc. 99. à contr. sens.* Atqui Lex sive ipsa constitutio obstat in § Und damit/verb. keinen Standt des Reichs/ quæ generalissima verba omnē Dillingensium cavillationē excludunt, tam per se, quàm etiā per Ipsius Ferdinandi Regis & Statuum Catholicorū interpretationē relatam ab Automiæ Aut. part. 1. c. 6. n. 86. Ubi Status Catholici, Als dann / inquit, die Kön Maj. daß bey dem zweyten Artickell/ansahend: Und damit solcher fried &c. in verb. keinen Standt &c. zu gebührender erleuterung dieses wörcklein/(des Reichs) zugethan sein solte/ allergnedigst ermassen. Lassen Ihnen der dreyer Erzbischoffe vnd Churfürsten Räte/auch die erscheinen den Fürsten/Botschafften vnd Gesandten der Alten Religion in vnterthänigkeit/diese Kön.addition aus vrsachē in der Kön. Maj. resolution vermeldet gefallen/vnd dz sie sich keiner Stände aussershalb Churfürstē/Fürsten/Prælaten/Grafen/Freyen/Herrn/ vnd dann Frey vnd Reichs Stådten im Reich Teutscher Nation wissen zuerinnern/ daß auch die andern alle für Vnterthanen/ hinter denen sie gefessen/ gehalten werden/ derhalben sie auch billich ihren Obrigkeiten in der Religion gemäs erweisen/vnd keine sōnderung einführen sollē &c. vid. sup. ad §. Dagegen/ 4. in 6. decidendi ratione.

Accedit observantia & præjudiciū Summi Imperialis Iudicii insigne ap. Gylman. symph. tom. 1. part. 1. vot. 2 pag. 212. in pr. nū. 2. ubi per majora in pleno senatu conclusum fuit Processus urbi afflictæ, quæ etiam post annum 55 eam religionem susceperat, esse decernendos, 6 Febr. An. 82. processusq; emanati sunt, 9 Febr. An. 82.

Distinguendus igitur § Nach dem ober/à §. Und damit/tanquam species à genere. Quemadmodū etiam ipsa Ferdinandi resolutio (quam nimis judaicē torquent Dillingenses) aperte distinguit, in §. Dañ so viel/ & §. Als dañ auch wissentlich. Atq; insuper ex hoc ipso § Und nachdem/evidens contra Dillingenses pro Civitatibus deduci potest argumentū. Namq; sancitur ibidē ut quibus in civitatibus promiscuus Catholicæ & Augustanæ religionis usus à tempore Pacificationis fuerit, alterutrius partis arbitrio turbari vel abrogari non debeat. Ratio additur in Ferdinandi resolutione § Als dañ auch/sibi: in betrachtung &c.



&c. & ibi: so nun andere Reichs Ständ die Alte Religion oder Augspurgische Confession zu halten frey sein wollen / so mag solches den Bürgern der Frey vñ Reichs Städt auch nicht wol versagt werden &c. Hinc ergo colligo: si pars Civitatis liberum habet religionis exercitiū, cur Univerſa Civitas Imperialis nō habebit, si omnes unanimiter consentiant. Quod enim juris est in parte quoad partē, idem est in toto quoad totū. *Everhard. in Top. loc. à Toto ad part. n. 3.* Et possunt Cives Catholici favori suo per hunc §. introducto libere renunciare, si quando ad sanioſerem mentē atq; religionē accedere malint. *arg. hujus §. nachdem / ibi: abzuthun oder davon zu dringen / & Resolut. Ferdinand. d. S. Alsdan / vers. Vnd so man / & vers. Vnd würde / Besold. de jur. Civit. Imper. in mutand. relig. §. 8. & 1. pol. 7. §. 31. n. 2.* Adde Apologiam Pupillæ Evangel. c. 10. §. biß hieher / in fin. & seqq.

**Ad § Vnd sol alles / 16.**

**verb. keine declaration..**

Neq; etiam *Imperatoris*. Etsi enim in anterioribus Religionis pacificationibus potestatem *declarandi* semper sibi reservavit Imperator. *R. A. zu Regenspurg an. 1541. §. Doch haben wir uns vorbehalten / & R. A. zu Spener an 1544. §. Were aber sach. adde Kayser Carlls des Fünfften Declaration vber etliche Artikel des Reichs Abschieds zu Regenspurg / den Protestirenden gegeben. apud Goldast in Reichsſatzung pag. 237 & 239.* Postea tamen aliter sibi consulere voluerunt Principes & Status, per hunc §. n. Quem etiā Gloriosissimi Imp̄ Maximilianus II. apud Goldast. in Reichsſatzung pag. 286. n. 16. §. wir wollē / Rudolphus II. apud Goldast. *polit. Imper part. 12. & Arumæ. de Comit. c. 8. n. 18.* Matthias I. apud Paurm. *lib. 1. de jurid. c. 6 in fin. & Augustissimus noster Augustus FERDINANDUS II. in capitulationibus suis juratis seridō confirmarunt. Et quidē imprimis aurea sunt modernæ Cæsareæ Majestatis verba, in capitulation. art. 38. ubi sic: Wir wollen auch in dieser vnser Zusag / der Guldnen Bull / des Reichs Ordnung / des obangeregten Friedens in Religions vnd profansachen / auch dem Landfrieden / sampt handhabung desselben vnd andern Gesetzen / &c. kein rescript oder mandat, oder nichts anders beschwerliches ausgehen lassen / oder*

H ij

zuge-



zugesehen gestatten in einige weis vnd wege/ dergleichen auch für vns selbst wieder solche Guldene Bull vnd des Reichs freyheit/ den Frieden/sambt handhabung desselben/ von einiger hohen Obrigkeit nichts erlangen / Noch auch ob vns etwas dergleichen aus eigener bewegung gegeben were oder würde/nicht gebräuchē/in keine weise/sonder alle gefehrde. Ob aber dieser oder anderen vorgemelten Artickeln vnd Puncten etwas zu wieder erlangt oder ausgehen würde/ Das alles sol Braufflos/ todt/ vnd ab seyn/ &c.

Cujus rei ratio manifesta est: Pacificatio siquidem *Transactio* est. *R. A. an. 1557. §.* so haben wir *ibi*: hierüber vergliechen. *R. A. an. 66. §.* vnd nach dem *ibi*: darauff wir &c. Ergo non nisi utriusq; partis consensu ab ea recedi potest *l. sicut C. de Obl. & A.* Neq; solius Imperatoris declaratio contra eam valet. *Dn. Arumæ. de Comit. c. 8. n. 10 & 11.* Quod & disertis verbis fatentur *Dillingenses de Comp. pac. c. 5. q. 25. n. 24. §. sed pacificatio & n. 25. in fin. & c. 10. q. 64. n. 28.* Qui ipsi videant, quomodo contra expressam hujus *§.* literam, passim tantopere urgeant *FERDINANDI resolutionē sive declarationem*; cujus tamen nullitatē non Catholici modò sed nostrates etiā multis rationibus evincere satagūt, *Gylman. symph. suppl. tom. 1. p. 1. pag. 165 & 166. n. 6. & seqq. ubi n. 12. inquit*: Procuratorē tam præsumptivè dictam resolutionem, quæ nunquam in corpore *Recessuum Imperii* reperitur, allegantē, in pœnam aliquot marcarum auri condemnandū, *per doct. Bart. in l. 1. de conjung. cum emancip. lib. vide Paurmeist. 2. de jurid. 2. n. 92. in fin. Besold. de jur. Civit. Imper. in mutand. relig. §. 6. in fin. Rosacorb. pract. for. c. 32. Syring. de pac. relig. §. 41.*

### *Ad §. Solches vnd jedes/ 17.*

Vim hujus juramenti *Cæsarei, Autor Autonom. & pleriq; Jesuitarum* planè evacuant. *vid. Ben. Carpzov de capitul. c. 3. n. 25.* Alii inter quos *Dillingenses de compos. pac. c. 12. q. 72.* nimium restringunt & cavillantur, Sed his omnibus satisfactū videas *in Apologia Pupille Evang. c. 90. & seq. & apud Bened. Carpz. d. l. Syring. de pac. relig. §. 17. Arumæ. de Comit. c. 8. n. 20. & seqq.* Ego saltem hic notatam volo insignē de hoc *Cæsareo juramento calumniam, impudensq; in gloriosissimū Imp. Rudolphum II,*  
ab



ab Hieronymo Caninio Theologiæ Doctore Pontificio mē-  
dacium prolātū in *discurs ad Aur. Bull. pag. 117.* ubi ait: *Les Lute-  
riens sont propres Heretiques d' Allemagne, & l'Empereur a accou-  
stume, de promettre en son premier couronnement, qu'il les conserve-  
ra, sans estre molestez en leur religion, de facon, que le dernier Em-  
pereur, si tost, qu'il eut fait ce serment, en enuoya querir l' absolu-  
tion à Rome.* h. e. Lutherani propriè sunt hæretici Germaniæ,  
& moris est, Imperatorem in primo coronationis actu pro-  
mittere, quod eosdem velit conservare tutos & immunes ab  
omni molestia in religionis negotio, adeò *ut ultimus Imperator*  
(puta Rudolphus II, ) *statim peracto & dato hoc juramento, Ro-  
mam miserit impetratum absolutionem ejusdem à vinculo.* vid. Dn.  
Limnæ. 1. *de jur. publ. 13. n. 30. in fin.*

O blasphemum in summas Imperatorum Laudatissimorum  
Majestatis: Quam intemeratæ fidei atq; juramenti super pace  
religionis præstiti servatissimus semper fuerit *Rudolphus Im-  
perator, sacra ejus Majestas abūde testata fuit, in der Kens. Maj-  
erfklärung auf der oren Weltlichē Ehurf. anbringē/de dato 27. Jul.  
an. 1590. apud Lundorp. tom. 2. lib 2 p. 48.* ( & vid. sup. ad § vnd  
nach dem/ 13. ) ubi, etiā hæc inter alia: *Nach dem auch ihre Maj-  
als ein Christlicher von dem Hauß Oesterreich erböherner Teut-  
scher Fürst/ dieses von ihren Gottseligen vor Eltern empfangen  
haben/ denn sie das jenige/ was sie einmal beliebet /vnd geschwo-  
ren/nicht allein den jenigen/ so sich zum Christlichen Namen vnd  
Glauben bekennen / sondern auch den vngleubigen Henden vnd  
Erbfeinden des Christlichen Namens/ fest vnd unverbrüchlich  
halten sollen/wie es dann bißhero ihr Maj. im Werck nie anders  
gethan noch erzeigt haben/vnd nochmals biß in ihre Gruben fe-  
stiglich zu thun gesinnet ist.*

En igitur *caninam* istam *Caninii* rabiematq; allatrandi pro-  
terviam. Homo quam ipse cum complicibus suis quotidie a-  
nimo versat perfidiam, Sacratissimis Impp. imputare cupit, ut  
obducto isto prætextu magis impunè atque licenter sævire li-  
ceat. Sanè hic cum *Lansio* non immeritò quis exclamet; *DEUM*  
assiduis precibus sollicitandum, *ut fidem nostram ad augere, & fi-  
des nostras (sc. Etas) a minuire velit;* cum nullo ab hominib. con-  
ditis natisq; tempore plus fidei perfidiæq; fuerit. *Ad*



Ad §. Und wir die verordnete. 18.

verb. wie allenthalben obstehet.

Hoc § & qui ei similis est in fin hujus Constitutionis, § und wir die, sibi admodum blanditur *Auton. Autor. part 3. c. 19. p. 352. & 353.* existimans inde Principum Protestantium consensum super reservato Ecclesiastico luculenter probari. Sed uti hoc effugium jam olim à Protestantibus in replica ad Regis Ferdinandi resolutionem satis elisum fuit, vid. *Aut. Auton. part 1 c. 4. § so magl / & seqq. pag. 26. & seqq.* Ita fufius a Paurmeist. 2. de jurid. 2. n. 85. & seqq. *Linnæo 1. de jur publ 13 num 41.* & manifestius exploratum est, ponderando in d. d. §. §. verba illa: so viel ein jeden betrifft / & verb. also wie obstehet / quæ restrictiva & relativa sunt. *Rudinger. cent. 1. Obs. 19. Besold. thes pr verb. Also daß / VVehner 12. Obs. v. Also / & verb. dergestalt / & verb gleich wie.* Ideoque confirmatio & approbatio intelligi debet secundum dispositionem relativam. post *Knich. Felin & Beccium, Paurmeist. d. l. n. 88.*

Ad §. Serner verpflichten & c. 19.

verb. sondern auch dem andern theil.

In hoc § Cæsarea Majest. Statusq; Catholici atque Evangelici, cuiq; intuitu religionis læso, contra quemcunque lædentem sine religionis discrimine, suppetias sibi invicem promittunt. Atque ita in nostra Republica decisam puto gravissimam illam Theologorum ac Politicorum litem: *Utrum contra quemcung; armis defendenda sit religio.* Concordat cum hoc § *Transactio Passaviensis § 36 & 37.* Et egregiè, ut omnia, *Ampliss. Hortlederus apud Goldast. in politic. Imperial part 31. & Arumæum vol. 1. disc. Acad. 26.* in disputatione sua, de Fœderatorum bello, auspiciis Saxonis contra contra Carolum V Imperatorem gesto, num. 28. ad hunc § edisserit. Forte quis excipiat, inquit. fas non esse tutelam paci publicæ suscipere, cum hoc agitur, ut extirpetur armata vi religio; Quod quidem rete tendebant conscientis nonnulli cum seculo superiore reformatæ religionis ordines in Germania Galliaq; profide, caput fortunasp; devovere suas decrevissent. Ac post eos Auctor *Autonomie* *Versute* quidem ac veteratorie. Sed quò tam versute! Est enim explosum technæ hoc genus, cum aliis Imperii legibus, tum verò maxime, religionis pacificatione. Quæ religionis ergo vim sustinenti,



stinenti, gladium ipsamet porrigit, & ceteros absque discrimine Or-  
dines ad suppetias vocat, cogit, impellit. Ita Hortlederus. Cui con-  
sentit Cubach. apud Arumæ. vol 2. disc. 35. c. 34. Ant. Coler. de jurid.  
Imp. § 72. Besold 2 pol. 59 n 57. Feschius de fœder. §. 18. E.

Atque hoc ipsum in Imperio Rom. esse verum & unicum  
veræ unionis vinculum, quo facto tecto sancteque, ut par est, ab  
omnibus servato, cæteras infausto sydere natas Uniones, Ligasve  
quæ potius DISUNIONES & dismembrationes Imperii sint, non  
modo supervacuas & non necessarias, sed etiam in & per se  
planè exitiosas esse, plenè disserit *Actus quidam anonymus* in dif-  
cursu politico. Von der Frage: Ob es ratsam vnd nützlich sey/  
im H. Röm. Reich, Uniones vñ Bündnissen auffzurichten vnd  
zuschliessen. ubi notanter addit Serenissimam Domum Saxo-  
nicam Electoralem hoc solo Unionis vinculo contentam, cæ-  
teris Unionibus semper abstinuisse. Verba ejus sunt:

Den sachen were vielleicht am besten zuhelffen/das man bey-  
derseits in ruhe stünde/ denn es ist doch eine trennung der Glie-  
der vnd Stände im Reich/ man bemäntele es gleich auch so sub-  
til als man wolle/ vnd prætendirt ein theil das Catholische / das  
ander das Evangelische wesen/darüber das publicum bonum  
& conservatio corporis Imperii gänzlich aus den Augen ge-  
setzt/ vnd also das gantze Reich zuscheitern gehen müste.

Solcher gestalt hat sich auch der Hochlöchliche Churfürst  
zu Sachsen bey diesem wesen wol resolviret / daß seine Churf.  
Gnade / wie auch dero angewandtes Haus Sachsen / nochmals  
wie jederzeit die Kays. Majest. vnsern aller gnedigsten Herrn  
vor ihre ordentliche von Gott vorgesezte Obrigkeit zu ehren ih-  
rer Kays. Majest. vnd der Justitz vermög der Reichs Constitu-  
tionen sich gehorsamblich zu submittiren / keinen Standt im  
Reich/ er sey Catholisch oder protestirend mit der That Worten  
oder wercken zubeleidigen/ sondern den heilsamen Religion vnd  
Prophanfrieden im H. R. Reich candidè & sincerè zureservi-  
ren/ vnd das H. Reich vnzertrennet auff die werthe posteritet  
bringen zuhelffen.

Würden nun die Catholischen Stände alle oder zum theil  
deme zu wider einigen Standt der Augspurgischen Confession  
mit



94  
mit der That beleidigen / vberziehen vnd den Religion vnd Prophanfriede hindan setzen / So wil Sachsen den Protestirenden Ständen mit allen vermögen alsistentz vnd beystandt leisten / ob sie gleich in keiner Union mit ihnen begriffen / ohn daß Sie sich als gehorsame Glieder vnd Stände des Reichs / Standes / Ehren vnd Gewissens halben darzu verpflichtet erachten. Hinwiderumb vnd im gegenfall da die Protestirende oder Evangelische Stände / alle oder zum Theil einigen Catholischen Stand mit der That beleidiget / vberziehen / vnd den Religion vnd Prophanfriede hindansetzen würden / so wil Sachsen den Catholischen Ständen mit allem vermögen alsistentz leisten / ob sie gleich in keiner Union mit ihnen begrieffen / ohn daß sie sich als gehorsame Glieder vnd Stände des Reichs Stands / Ehren vnd Gewissens halben dazu verpflichtet erachten / Mit dieser declaratione & reciproca Sponsione, verhassten die Chur: vnd Fürsten des löblichen Hauseß Sachsen / solle der gemeiner wollfart mehr gedienet sein / als wenn man sich zu einer vnd andern Union noch zur zeit vermögen liesse &c. Hæc auctor d. discursus, anno 1618. editi, pag. 18. quorum fundamentum solidè ex hoc § peti existimo.

Ad §. Wir befehlen. 20.

verb. Dem Keyserl. Cammergericht.

Quatenus sola Imperialis Camera vel præter eam Aulicum quoque Judicium der Reichshoff Raht / in causis fractæ pacis religiosæ cognoscere queat! valdè dubia est quæstio. Cui explicandæ dum animum intendo, ecce typographus sat difficilis interpellat, & *manuum de tabula*, inquit. Remisisse ergo jam satis erit ad *Magnific. D. Bertram apud Arum. e. vol. 1. dis. 25. §. 113. & seqq. Paurmeist. 2. de jurid. 6. num. 51. & 238. Besold. 1. pol. 3. n. 11. & de stat. Reip. mixt. c. 2. n. 11. M. Stephan lib. 3. de juridict. part. 1. c. 4. n. 66. Leopold de concurrent. jurid. quest 19. Syring. de pac. relig. §. 54. Cranius de pac. relig. part. 3. probl. 1. Joh. Muter ap. Arum. 2. disc. 11. q. 18. adde Dillingenses Jctos de Compos. pac. in præf. lit. (Oo) & c. 10. q. 64.*

Sic ergo pedem figo, atq; hæc nō electa, sed inter sexcenta impedimenta per satyram, quod ajunt, collecta, vix per temporis inopiam relecta, arbitrio boni viri submitto.

F I N I S.





Decorative border with repeating floral and geometric patterns.

MAGNIFICO,  
trenuissimo,

O à Metzsch/  
henbach & Frie-  
c.

Sax. Confilia-  
otosynedrii, quod  
di eminentif-

rono suo eternum  
observando.

lemicum exercitium debit e gra-  
dinis ergo submissè consecrat

Cornelius Grull  
A. & R.

